FONTES

IURIS GERMANICI ANTIQUI

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

DETERMINATIO COMPENDIOSA DE IURISDICTIONE IMPERII.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1909.

FONTES

IURIS GERMANICI ANTIQUI

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

DETERMINATIO COMPENDIOSA DE IURISDICTIONE IMPERII.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1909.

DETERMINATIO COMPENDIOSA
DE IURISDICTIONE IMPERII

AUCTORE ANONYMO
UT VIDETUR
THOLOMEO LUCENSI O. P.

EDIDIT
MARIUS KRAMMER.

ACCEDIT:

TRACTATUS ANONYMUS
DE ORIGINE AC TRANSLACIONE ET STATU
ROMANI IMPERII.

HANNOVERAE ET LIPSIAE.
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1909.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

PRAEFATIO.

Duo libelli in sequentibus primum editi: 'Determinatio compendiosa de iurisdictione imperii' et 'Tractatus de origine ac translatione et statu 5 *Romani imperii' verisimillime a discipulo S. Thomae Aquinatis, diversorum politicorum et historicorum operum auctore, Tholomeo Lucensi conditi sunt. Qui demonstrat in illis potestatem papalem in temporalibus praeeminere potestati imperiali et ideo imperatorem non nisi approbatum* 10 *et coronatum a papa iurisdictionem aliquam sive administrationem in imperio exercere posse. Quorum tractatuum prior 'Determinatio compendiosa' anno* 1281, *posterior 'De origine etc. imperii' anno* 1308. *editus est.*

In hac praefatione primo loco de tempore, quo Deter- 15 *minatio scripta sit, secundo de auctore illius, tertio de libris scriptis, in quibus illa continetur, quarto demum loco de altero tractatu agam.*

Sed antea mihi breviter exponenda sunt, quae viri docti de Determinatione et de illo tractatu hucusque docu- 20 *erunt.*

*Determinationis mentionem fecerunt: Pertz, 'Archiv' VII (*1839*),* 692 *sq.; Döllinger, 'Papstfabeln des Mittelalters' (*1863*), p.* 96. *Ed. altera (*1890*), p.* 110; *Lorenz, 'Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter von der Mitte* 25 *des* 13. *Jhs.' (*1870*), p.* 318. *Ed. tertia II (*1886*), p.* 358; *Riezler, 'Die literarischen Widersacher der Päpste' (*1874*), p.* 302, *qui omnes eam temporibus Ludovici IV. imperatoris scriptam esse opinati sunt. Deinde in hoc libello explorando summam curam posuit Hermannus Grauert,* 30 *qui editionem omnium librorum scriptorum ope parans de eo tractavit in 'Historisches Jahrbuch der Görres-Gesellschaft' XII (*1892*),* 812 *et XVI (*1895*),* 543 *(quae his locis exposuerat repetivit F. X. Kraus, Dante (*1897*), p.* 681*) et praecipue XXIX (*1908*), p.* 497 *(ubi nisus cod. Paris.* 4683

[v. infra § 3] transscriptionem Germanicam libelli dedit). Grauert censet Determinationem a. 1300. *aut Romae aut prope Romam aut alibi in media Italia a viro aetate provecto, rerum curialium perito, conditam esse; cf. l. l. XXIX,* 498. *Fortasse Augustinum Novellum, qui ab a.* 1298. *usque ad a.* 1300. *ordini suo, Eremitarum scilicet sancti Augustini, praeerat, mense Maio a.* 1300. *autem in monasterium quoddam Tusciae recessit, auctorem fuisse dicit. Auctorem a. iam dicto* 1300, *Bonifatio VIII. papa et Alberto I. rege Romanorum de approbatione disceptantibus, studuisse, ut quaestiones tunc de iure imperii motas et iuridicis et philosophicis et historicis argumentis solveret, eodemque tempore eadem de causa, fortasse contra Determinationem, etiam Dantis Alligherii de Monarchia librum scriptum esse affirmat. Illam autem a.* 1300. *attribuit, quia in c. XIII. (infra p.* 30*) legitur electores imperatoris a papa Gregorio V. e Germania sumptos propter devotionem populi Germanici erga sanctum Petrum et Paulum,* que apparet in eorum peregrinatione *(l.* 18 *sq.)*[1]. *Quae verba referenda esse ad solemnia saecularia a.* 1300. *iussu Bonifatii VIII. Romae celebrata Grauert contendit. Equidem censeo et antea saepissime Germanos ad limina apostolorum peregrinasse*[2]*; minime verba illa solummodo ad peregrinationem a.* 1300. *referre licet. Exstant alia testimonia, e quibus merito concludi potest libellum ante a.* 1300. *ortum esse. Cum autem Grauert de hac re et de aliis argumentis suis sua fusius tractaturus sit, hoc loco plura de eius opinione afferre supersedeo.*

Praeter eum H. Theobald ('Beiträge zur Geschichte Ludwigs des Baiern. Beilage zum Jahresbericht des Mannheimer Gymnasiums' 1897; *cf. 'Neues Archiv' XXIII,* 772*), codice Bremensi (v. infra § 3) nisus transscriptionem Germanicam libelli dedit, cui etiam multis locis textum latinum codicis iam dicti addidit. Cum in fine c. XVIII. (p.* 39, *l.* 19*) commemoretur ab auctore:* dominus noster rex Karolus, *Theobald putat libellum sub Karolo IV, rege Romanorum, conditum esse. Grauert Karolum II, regem Siciliae, significari censet, at revera est Karolus I. Ergo Theobald etiam dicit auctorem scriptis politicis Tholomei Lucensis et Augustini Triumphi et Guilelmi de Occam usum*

1) *Quae verba, ut infra p. XI. exponam, auctor Determinationis ex alio tractatu, qui adhuc superest, prompsit.* 2) *Codex Monacensis lat.* 5832 *loco citato haec addit:* quam *(scil. peregrinationem)* ad ipsum *(s. Petrum)* singulis annis faciunt *(p.* 30, *l.* 31 *edit. nostrae).*

esse, at revera illi Determinationem exscripserunt, hic eam inpugnavit. De eo, qui auctor fuerit libelli, Theobald nihil suspicatur.

R. Scholz denique Determinationis editionem paravit,
5 *quem autem laborem de Hermanni Grauert studiis certior factus postea reliquit (v. 'Die Publizistik zur Zeit Philipps des Schönen und Bonifaz' VIII. Kirchenrechtliche Abhandlungen, herausg. v. U. Stutz' VI—VIII (*1903*), p.* 290 *sqq.). Libellum ab Heinrico Cremonensi (*† 1312; *cf. de hoc viro*
10 *Scholz l. c. p.* 152 *sqq.) scriptum esse putavit, qua de re autem, ut mihi benigne rettulit, merito dubitandum esse nunc censet.*

Cum igitur adhuc editio critica omnibus gravioribus codicibus nisa desit, de mandato v. cl. Karoli Zeumer talem
15 *editionem conficere suscepi.*

Tractatum autem de origine ac translatione et statu Romani imperii infra p. 66 *sqq. editum primo commemoravit Scholz l. c. p.* 174, *n.* 6, *ubi eum contra principes Germanicos imperium non a papa dependere asserentes, fortasse ab*
20 *Augustino Triumpho, scriptum esse dicit (v. infra* § 4*).*

---

§ 1.

Quo tempore Determinatio scripta sit.

Determinationem ante a. 1298. *ortam esse pro certo constat. Decretum quidem Gratiani necnon Liber Extra*
25 *Gregorii IX. saepissime allegantur, nullo autem loco Liber Sextus a papa Bonifatio VIII. illo anno publicatus commemoratur. E decretalibus post publicationem Libri Extra (*1234*) promulgatis ac deinde in Libro Sexto collectis una modo citatur. Legimus in c. XXIX (p.* 59, *l.* 29 *sqq.):*
30 potest dici, quod illa decretalis Innocentii [III.] revocata est per Gregorium X. in concilio Lugdunensi . ., ut patet ex novissima Extra de electione c. *Avaritie. Hoc modo decretales illae ante publicationem Libri Sexti citabantur. Singulis titulis Libri Extra, ad quos pertine-*
35 *bant, adscriptae erant, 'novae' seu 'novellae constitutiones' nuncupatae*[1]. *Exemplar Libri Extra hoc modo auctum apud auctorem erat. Anno* 1298. *Bonifatius VIII. has novas*

1) *v. Schulte, 'Geschichte der Quellen und der Literatur des kanonischen Rechts' II,* 31 *sq.*

decretales in posterum non nisi secundum Librum Sextum allegari iussit. Minime, puto, auctor noster, qui iuris canonici peritissimus est et summae reverentiae erga curiam Romanam, si post a. 1298. *scripsisset, hanc iussionem summi pontificis neglexisset. Codices, qui loco citato post verbum 'Avaritie' addunt:* li. VI°, *minoris momenti sunt et, sicut merito ex quibusdam aliis additionibus in eis lectis concludi potest, s. XIV. demum scripti sunt (cf. infra* § 3*). Auctori nostro Librum Sextum nondum notum fuisse praeterea ex eo apparet, quod bullam depositionis imperatoris Friderici II. a.* 1245. *ab Innocentio IV. in concilio Lugdunensi promulgatam, quae verbis 'Ad apostolice' incipit et in omnibus libris scriptis collectionis Bonifatii VIII. continetur, nullo loco allegat. In c. XIIII. auctor tractat de principibus per summos pontifices depositis ibique etiam de contentione inter Fridericum II. et papas eius temporis habita fusius disserit inter cetera dicens Innocentium IV. imperatorem imperio 'expresse' privasse (p.* 32*), sed non allegat bullam memoratam. Saepius autem citatur epistola apologetica Innocentii IV, quae, ut auctor ipse dicit, non est in corpore iuris (p.* 59; *cf. praeterea p.* 17. 51. 60*)*[1]. *Sine dubio auctor, qui ubique permulta loca e corpore iuris canonici prompta allegat, et illam gravissimam bullam allegasset, si Librum Sextum, qui eam praebet, cognovisset. Sed adhibuit, ut iam diximus, solummodo exemplar quoddam Libri Extra, ubi 'novellae' singulis titulis adscriptae erant. Scriptor autem huius codicis in decretalibus Innocentii IV. inserendis usus fuerat quadam collectione decretalium huius papae incompleta, ubi inter cetera etiam illa decretalis 'Ad apostolice' desiderabatur. Scimus talem collectionem s. XIII. in Italia exstitisse*[2]. *Exstat enim codex quidam Libri Extra ibi ante a.* 1298. *scriptus, qui decretales Innocentii IV. inserens talem adhibuit et ideo decretalem quoque illam non praebet*[3].

Pro certo ergo constat libellum nostrum ante a. 1298. *scriptum esse. Post annum* 1274. *autem scriptum esse ex eo apparet, quod auctori decretalis illa Gregorii X. 'Avaritie' a.* 1274. *publicata nota est. Quod autem non multum*

1) *Winkelmann, Acta imperii inedita II,* 696 *sqq.* 2) *Cf. Friedberg, Praefatio ad Corpus iuris canonici p. XLIII. Collectionem talem incompletam praebet codex Haenelianus (nunc Bibl. Paulinae Lipsiensis) in Italia s. XIV. scriptus, ubi 'Ad apostolice' et XIV, c.* 3 *desiderantur.* 3) *Cod. Monac.* 6904. *Librum Sextum alia completa collectione usum esse oportet. Cf. Friedberg l. c.*

post factum esse opinor, quia decretalis illa non appellatur simpliciter 'nova' seu 'novella', sed 'novissima', quasi paulo ante promulgata sit. Sed non scripsit illo pontifice sedente (— 1276. *Ian.), quia non nominat eum 'dominum nostrum'.*
5 *Accedit, quod in c. XXXI. legimus (p.* 63, *l.* 26 *sqq.):* instituta sunt parlamenta, que ad hunc finem disponi debent, ut profectibus sui regiminis consulatur, ne, si forte consilio festinato aliquid diffiniatur incaute, per eorum successores (u t d e f a c t o v i d i m u s, q u o d c e d i t i n
10 s e d i s r i d i c u l u m) faciliter revocetur. *De quadam constitutione cuiusdam summi pontificis auctor loqui videtur, quae a successoribus eius revocata est, quae revocatio 'cedebat in sedis apostolicae ridiculum'. Opinor eum constitutionem Gregorii X. de cardinalibus in electione summi pontificis*
15 *includendis anno* 1274. *promulgatam, sed iam per Hadrianum V. (*1276*) suspensam et per Iohannem XXI. (*1276/77*) publice revocatam significare. Ob hanc causam Tholomeus, qui, ut iam diximus et aliis rationibus infra probabimus, auctor est Determinationis, in Annalibus (ed. Minutoli in*
20 *'Documenti di storia Italiana'.* 1876, *p.* 89*) reprehendit papam Iohannem, quem omnino non dilexit,* quia exosos habuit religiosos. *Idcirco verisimillimum puto Tholomeum et in illo loco Determinationis h u n c papam vituperare. Concludere ergo possumus Determinationem haud multo post*
25 *illam revocationem esse ortam.*

Praeterea id animadvertendum est, quod legitur in c. XXX (p. 61*), ubi agitur de quaestione, utrum imperator iam post confirmationem summi pontificis administrationem habeat imperii an insuper necessaria sit coronatio per eundem:*
30 De facto autem et consuetudine invenimus imperatores a CCL annis citra c o r o n a t o s, antequam imperii prosequantur offitium; *hoc est: 'a CCL annis citra' imperatores non solum confirmabantur, sed etiam coronabantur. Cum autem confirmatio esse non possit nisi praecedente*
35 *electione, CCL anni computandi sunt ab illo anno, quo 'incepit imperatoris electio', quod secundum auctorem nostrum anno demum* 1030. *factum est. Dicit antea imperatores non electos esse, sed iure hereditario in imperium successisse, mortuo autem Ottone III. per Gregorium V. a.* 1030. *electores institutos*
40 *esse, tunc ergo 'incepisse imperatoris electionem' (v. infra p.* 30 *sq.). Determinatio igitur a.* 1280. *aut paulo post scripta est, quod tempus optime quadrat in annos supra determinatos (*1276—1298*).*

Comparare hic liceat ea, quae leguntur in Tholomei Annalium praefatione (ed. Minutoli p. 36): a ducentis solum quadraginta annis vel circa prefata gesta sumemus. *Annales incipiunt ad annum* 1063. *Cum aliis ex causis, ut evicit Bernhardus Schmeidler*[1], *pro certo constet Annales annis* 1303—1306. *scriptos esse, cognoscimus Tholomeum annos haud inaccurate computare. Idcirco verisimillimum habere possumus libellum nostrum a.* 1280. *vel proxime sequentibus annis conditum esse.*

*Sed hic id animadvertendum est, quod auctor Determinationis in anno, 'quo incepit electio imperatoris', exarando errasse videtur, quia hic annus minime quadrat in pontificatum Gregorii V. (*996 — 999*) nec in imperium Ottonis III. (*† 1004*). Auctor noster in hisce capitulis libelli Martini Oppaviensis Chronico usus est, qui Ottone III. mortuo de electoribus loquitur ad annum Christi* 1003. *Dicit hoc loco (MG. SS. XXII, p.* 466, 20*; cf. infra p.* 29, *n.* 1*):* Et licet isti tres Ottones per successionem generis regnaverint, post tamen institutum fuit, ut per officiales imperii imperator eligeretur, qui sunt septem *etc. Ex quo loco auctor Determinationis concludisse videtur Gregorium V. papam electores instituisse, de quo Martinus nihil dicit. Fabula haec notissima non primo in Tholomei continuatione libri S. Thomae De regimine principum ca. annum* 1300. *scripta (III,* 19*) invenitur, sicut hucusque credebatur*[2], *sed legimus eam iam antea in Determinationis c. XIII.*

Praeterea notatu dignum est Tractatum illum de statu imperii a. 1308. *a Tholomeo scriptum, infra p.* 66 *sqq. editum, Martinum necnon alia opera historica allegantem, institutionem electorum anno* 1004. *attribuere (v. p.* 72, 20*); idemque invenimus in alio tractatu Tholomei s. XIV. incipientis (nondum edito; v. infra p. XIV). In Historia denique*

1) *'Neues Archiv' XXXIII,* 298, *n.* 2. 2) *Cf. Langhans, 'Die Fabel von der Einsetzung des Kurfürstenkollegs. Iglauer Programm'.* 1875. *Relatu dignum est scriptum esse in* Godifredi Hagen *'Boich van der stede Colne' ('Chroniken der deutschen Städte. Köln' I.) Silvestrum papam I. post donationem Constantini factam electores instituisse; v.* 551—686. *Quod chronicon intra annos* 1277. *et* 1287. *conditum est (v. p.* 6*). Ad illam narrationem cf. quae exponit H. Cardauns ibidem p.* 203 *sq., qui recte dicit illam esse antiquiorem ea, quam profert liber De regimine principum (ca. a.* 1300.*). Sed an recentior seu antiquior Determinatione (ca. a.* 1280.*) sit et ratione aliqua cum ea coniungi possit, difficile est discernere. De his rebus alio loco fusius tractaturus sum.*

ecclesiastica eiusdem auctoris, ubi modus computandi annos pontificum valde turbatus est, legimus Gregorium V. sedisse a. 1021—1024*; de hoc pontifice tractans auctor dicit:* Ab isto ergo tempore incepit electio imperatoris *(XVIII,* 4*;*
5 *Muratori, SS. rer. Ital. XI,* 1048*); tacet et hic de anno* 1030.

Merito igitur quaeras, qua ratione auctor noster in Determinatione posuit annum 1030. *Ad hoc explorandum inspiciamus accuratius c. XIII (p.* 29 *sqq.), ubi auctor*
10 *noster de electoribus tractat. Quaerens,* quare de sola Germania assumpti sunt electores, *dicit tres causas huius rei fuisse:* Una, *inquit,* est principalis: Quia de Germania fuerunt principes, qui liberaverunt ecclesiam de servitute Longobardorum et impiorum Romanorum, ut
15 patet de Pipino . . Item de Karolo, qui venit contra regem Desiderium, ut infra patebit . . . Item Otto, qui liberavit ecclesiam de manu Alberici Romani, ut infra scribitur. Secunda ratio fuit devotio illius populi ad sanctum Petrum et Paulum, que apparet in
20 eorum peregrinatione. Tertia autem causa fuit voluntas summi pontificis, qui tunc erat, videlicet Gregorii quinti, qui de Theutonia fuit natus et consanguineus Ottonis, ut infra dicetur. *De his autem rebus non in capitulis sequentibus, sed de Karolo et Ottone et Gregorio in capi-*
25 *tulis immediate praecurrentibus (cc. XI. et XII.), ubi vero nihil dicitur de Pipini gestis nec de Alberico ecclesiam premente, tractatur. Hoc ex eo declarandum est, quod auctor noster in c. XIII. brevi tractatu incerti auctoris de electoribus usus est, cui, antequam Determinationem scripsit, illa verba*
30 *et quaedam alia addidit fusius de quaestione in illo prolata tractaturus. Exemplar hoc modo auctum postea parum considerate, additamentis non recensitis, Determinationi inseruit. Hic fons, ex quo Determinationis auctor hausit, nobis superest v. cl. Oswaldi Holder-Egger investigatione Florentiae*
35 *in bibliotheca Laurentiana*[1] *inventus. Animadvertendum est et hunc fontem sicut ipsum libellum oriundum esse e Tuscia. Hunc tractatum de electoribus hic integre repetere supersedemus, quia maxima ex parte ad verbum consentit cum Determinationis c. XIII. Tractatus his verbis incipit:* Anno Domini
40 MXXX. iubente papa Gregorio advocatis *etc. cf. Determ. p.* 29, 13 *sqq.* — deponere *p.* 31, 4. *Addit auctor noster praeter*

1) *De codice v. infra* § 3.

illa verba: ut infra patebit, ut infra scribitur, ut infra dicetur *haec:* unde et decretalis *(p.* 30, 11*)* — sepultus est *(l.* 15*) et:* Possent et alie cause assignari, sed dicte sufficiant *(l.* 22*) et:* que incepit anni Domini MXXX. *(p.* 31, *l.* 1; *legitur in exordio brevis tractatus, v. supra) et:* ut propheta — supra *(l.* 3 *sq.). Si ergo in Determinationis c. XXIX. (p.* 59, 20. 25*) de Gregorio V. dicitur:* de quo fertur, quod, cum fuerit de genere Ottonis tertii, dictam electionem Alamannis tradidit in posterum observandam, *illum brevem tractatum allegari intelligimus. Non ergo Tholomeus, sed is, qui hunc opusculum scripsit, Martini narratione de electoribus nisus stabilivit illam doctrinam de institutione eorum per Gregorium papam V. facta* [1].

*Ex hoc igitur brevi tractatu annum MXXX. auctor noster prompsit. Tholomeus de hac re tractans in Determinatione non immmediate adhibuit Martini Chronicon, id quod in tractatibus posterioribus scribendis fecit, et ideo ibi alium annum institutionis (*1004*) invenimus. Sed in continuatione sua operis S. Thomae 'De regimine principum', quae, ut probatur ex illis, quae c.* 20. *l. III. afferuntur de Rudolfo I., Adolfo et Alberto I. regibus Romanorum, certe post a.* 1298, *fortasse circa a.* 1300, *ergo ante illos tractatus scripta est, Tholomeus in c.* 19. *l. III. dicit electionem perseverasse* usque ad ista tempora, quod est spatium ducentorum septuaginta annorum vel circa. *Hic sine dubio ab anno* 1030. *computandum est. In hoc autem opere scribendo Tholomeus Determinationem secutus est eius verba haud raro repetens.*

Hac quaestione transacta tractemus de verbis, quae inveniuntur in c. II. (p. 7, 1. 5*):* Sed contra hoc est, quia iura imperii alienari non possunt, cum sint bona rei publice, que sine publicis offitialibus dispensari non debent, ut sunt principes et barones et alii, quorum est assistere imperiali aule, diversorum apicum, quod quidem precipue talibus convenit dominis predictorum assensum querere magis quam regibus, quibus ratione successionis .... dominium regale debetur. *Similiter dicitur in c. XXVI. (p.* 50, 20. 25*) de Constantino,* quod non potuit conferre imperium sine consilio et assensu suorum principum. *Miramur, quare hoc loco non de electoribus et de eorum iure consensus loquitur, sed principibus et aliis curiae assistentibus hoc offitium attribuitur? Respondendum est,*

1) *Corrigenda itaque sunt, quae infra p.* 29, *n.* 1. *leguntur.*

quod de iure electorum exclusis aliis primo definitur in sententia curiae imperialis d. d. 9. *Aug.* 1281 [1]; *omnes donationes seu alia facta de rebus vel bonis imperii per Wilhelmum et Richardum reges nullam habent* roboris firmitatem,
5 nisi consensu maioris partis principum in electione Romani regis vocem habentium fuerint approbata. *Antea a.* 1276. *rex Rudolfus dixerat* [2]: nos enim iureiurando firmavimus, quod imperialia bona sine consilio principum prorsus alienare non possumus. *Et Nicolaus III.*
10 *papa a.* 1279. *non solum ab electoribus, sed etiam a multis aliis principibus litteras consensus petivit et obtinuit. Ius consensus tunc nondum pertinebat ad electores solos, sed consuetudo erat, litteras consensus, quae dicuntur 'Willebriefe', ab eis solis requirere, quia tantorum principum diplomata ad con-*
15 *firmandam donationem fere semper sufficiebant. Nicolaus III. autem maluit litteras et ab aliis principibus habere. Ab a.* 1281. *demum ius consensus est collegii electorum sicut ius electionis. Idcirco etiam Bonifatius VIII. papa a.* 1300. *Tusciam ecclesiae quaesiturus consensum solorum electorum*
20 *petivit* [3]. *Cum autem auctor noster, ut probabimus, aestate a.* 1281. *scripsit, non nisi de iure consensus omnium principum loqui potuit.*

Denique disseramus de verbis in c. XIIII, p. 32, *ubi auctor locutus est de depositione Friderici II. per Innocen-*
25 *tium IV, inveniendis:*

Quid de aliis principatuum apicibus seu dignitatibus dominorum cuiuscumque generis sive gradus? Ab ipso summo pontifice invenimus ex causa subtracta propriis dominis extraneisque collata. De qui-
30 bus omnibus copiosissime diffinitum habemus ab Innocentio III. scribente singulis prelatis per Galliam constitutis Extra de iuditiis c. *Novit* [4] et de maioritate et obedientia c. *Solite* [5]. Quod et de facto satis apparet a L annis et circa in partibus Europe
35 et precipue in regionibus Gallie et Yspanie et in maiori Brithania, in quibus per summum pontificem a gente in gentem dominia translata conspeximus, prout exigebant merita dominorum et status incolumis regionis. De imperio etiam Con-

40 1) *MG. Const. III, nr.* 284, *p.* 290. 2) *Regesta imperii VI, p.* 6. 3) *MG. Const. IV, nr.* 105, *p.* 81, 35. 4) *c.* 13. *X de iud. (II,* 1*).* 5) *c.* 6. *X de ma. et obe. (I,* 33*).*

stantinopolitano, qualiter sit translatum per ecclesiam, supra satis apparuit et in decretali *Venerabilem*[1] Innocentii specialis fit mentio.

Quae vix recte interpretaremur, nisi haberemus tractatum quemdam 'De iurisdictione ecclesie super regnum Apulie et Sicilie' adhuc ineditum[2] *sine ullo dubio etiam a Tholomeo scriptum, quem mox alio loco edituri sumus; hic auctor de depositionibus diversorum principum tractans dicit:* Ergo suum *(scil. successoris b. Petri)* erit ex causa de aliis regiminibus disponere, sed precipue racione delicti, et hoc habet locum in omni principatu sive regali sive imperiali, sicut patet ex hiis, que scribit Innocencius tercius Philippo regi Francie[3] in c. *Novit* Extra de iudiciis, item ex hiis, que scribit imperatori Constantinopolitano in c. *Solite* Extra de maio. et obe., item ex hiis, que scribit Gelasius papa Anastasio imperatori, ut patet di. LXXXXVI. c. *Duo*[4]. Sed de facto invenimus et vidimus, quantum ad reges Francie tempore Zacharie pape, quod regem Francie deposuit et Pipinum instituit . . . quod fuit anno VIIC[LX]XVI . . . Qui autem [scire volunt, quod] fuerat factum de regno Francie tempore Hugonis Capeth, ducis Aurelianensis, qualiter regnum usurpavit[5] deficiente stirpite Karoli Magni, sed ad peticionem baronum propter meliorem statum regni fuit sibi confirmatum per papam, legant Gesta Galicorum . . . Anno Domini . . . MCCXXXIIII rex Portugallie de mandato pape et peticione baronum, quia stultus erat et regnum sub ipso peribat, a regno deponitur et frater suus Alfonsus, qui erat comes Boloniensis in Francia[6], in regem assumitur, ut patet Extra de supl. neg. prela. in VI°. c. *Grandi*[7]. Item anno Domini MCCLXXXIII. Petrus Aragonensis regno privatur per Martinum papam, quia terras ecclesie, hoc est Siciliam, invasit et ipsam rebellari fecit.

Hic et in Determinatione auctor dicit esse summi pontificis 'ex causa' omne dominium propter 'statum

1) *c.* 34. *X de elect. (I,* 6*).* 2) *Quem deteximus mense Iunio* 1908. *Parisiis in cod. lat.* 4046. *s. XIV. fol.* 221' *sqq.* 3) *Recte ut supra: 'prelatis per Franciam constitutis'.* 4) *c.* 10. *D. XCVI.* 5) *Cf. Det. comp. c. XII, infra p.* 27. 6) *Revera Alfonsus fuit comes Belemiensis (cf. etiam Tholomei Hist. eccl. XXII,* 4; *Muratori SS. rer. Ital. XI,* 1142*).* 7) *c.* 2. *in VI. de suppl. neglig. prael. (I,* 8*).*

incolumem' eius transferre et papas hoc revera antea pluries in partibus Europae fecisse affirmat. Merito igitur censendum est Tholomeum in Determinatione, ubi brevius de eadem re tractat, easdem regnorum translationes,
5 *de quibus in libello de regno Siciliae fusius scribit, significare. Verba itaque in Determinatione scripta: 'a gente in gentem' (Eccli.* 10, 8*) non sic interpretor: 'von einem Volke auf das andere', sed: 'von einem Herrscherhaus auf das andere', ut etiam suspicatus est Grauert ('Historisches*
10 *Jahrbuch der Görres-Gesellschaft' XXIX,* 515*). Tacet quidem auctor noster in tractatu de Siciliae regno de 'maiori Brithania'; quoad hanc rem opinor auctorem putasse translationem regni Angliae de regibus Normannicis ad comites Andegavenses saeculo duodecimo cum consensu papae factam*
15 *esse, etsi in Tholomei Historia ecclesiastica, ubi de hac re scribit, nihil de summo pontifice invenitur (XX,* 18; *Muratori l. c. p.* 1103*).*

Sed si scribitur in Determinatione has translationes esse factas 'a L annis et circa' pro 'quinquaginta' legi
20 *necesse est 'quingentis'. Translationes etiam a summo pontifice in Francia et Britannia factas intra a.* 1230. *'vel circa' et a.* 1280. *non invenimus. Archetypus codicum nostrorum, ut infra (*§ 3*) probabimus, non erat autographon auctoris, quod timore commotus recondidisse videtur, sed*
25 *exemplar quoddam vitiis iam deformatum. Qui quingenti anni computandi sunt a translatione regni Francorum de 'gente' Merovingorum in 'gentem' Karolorum, quae revera facta est a.* 751, *ab auctore autem nostro in tractatu de Sicilia a.* 776. *attribuitur*[1]. *Ergo ex hoc quoque concludi*
30 *potest Determinationem circa a.* 1280. *scriptam esse.*

Contra hunc locum Determinationis postea scripsit Guilelmus de Occam (Octo quaestionum decisiones II, 8; *ed. Goldast, Monarchia Romani imperii. Francof.* 1614. *II,* 342*) quae sequuntur:*

35 Quod autem dicunt quidam, a C annis et citra in regionibus Galliae sive Hispaniae et in maiori Britannia per supremum pontificem a gente in gentem dominia esse translata, apertissimum est mendacium. *In Britannia enim nulla umquam translatio per summum antistem*

40 1) *Ubi quidem (v. supra) supplevi sequens Tholomei Hist. eccl. (XIV,* 11; *Muratori l. c.* 972*), secundum quam translator regni Francorum, Adrianus I. papa, sedit ab a.* 768 *usque ad a.* 778.

facta invenitur. Quod autem in Hispania de translatione regni Aragoniae per supremum pontificem extitit attentatum iniquum fuisse putatur a multis et nullatenus potuit ad effectum produci. *Deinde in fine c. IX. dicit:* Quod autem dicunt quidam tenentes papam regulariter posse transferre non solum imperium, sed etiam omnia alia regna, respondetur, quod in Gallia non videtur talis translatio fuisse facta a D annis et citra.

Occam ergo pro 'L annis' scribit 'C annis', sicut et nos genuinum textum Determinationis non novit. Minime enim ex eis, quae in fine c. IX. dicit, concludi potest eum illum textum adhibuisse. Occam de 'D annis' loquitur s u a m *proferens opinionem*[1] *contra illam inimici sui, qui pontifices 'a centum annis et citra' translationes fecisse affirmaverat.*

Verba autem auctoris Determinationis de Hispania tractantis Occam quoque refert ad depositionem regis Aragoniae. Equidem censeo non hanc a Tholomeo in Determinatione esse significatam, sed translationem regni Portugalliae, quae auctori nota erat ex decretali iam dicta Innocentii IV. Auctor Determinationis, si scripsisset p o s t *sententiam contra Petrum regem latam*[2], *id est post a.* 1283. *(et* a n t e *a.* 1298.*), aut hanc gravissimam actionem summi pontificis aperte commemorasset aut de principum Hispanicorum depositionibus disserens dixisset: 'quod et nostris temporibus vidimus'. Nam ex* i l l a *depositione merito concludere potuisset ius illud summi pontificis adhuc esse in vigore. Itaque arbitror intra annos* 1280. *et* 1283. *Determinationem esse scriptam.*

Rex ergo Karolus, qui nominatur in fine c. XVIII. (p. 39, 19*) est Karolus I. rex Siciliae (*1266—85*). Minime Karolus II. (*1285—1309*), ut opinatur Grauert l. c. XXIX,* 502. *Quaeritur autem, quare auctor illum appellat 'dominus noster'. Cum enim Karolus esset vicarius imperii in Tuscia (*1267—78*), erat et dominus Lucensium, de quibus, ut iam diximus, auctor fuit, sed anno* 1278. *iussu Nicolai III. papae de vicariatu cessit. Dehinc non iam se rebus Tusciae ingessit. Lucani tunc eum dominum suum habere non debuerunt. Sed decretum illud summi pontificis eis minime*

1) *Falso ergo Theobald ('Beiträge zur Geschichte Ludwigs d. B. Mannheimer Gymnasial-Programm'* 1897, *p.* 19, *n.* 3*)* h u n c *locum Octo quaestionum comparat cum loco Determinationis.* 2) *Cf. Potthast, Reg. pontif.* 22061 *(*1283. *Aug.* 27*).* 22131 *(*1284. *Mai* 5*).*

placuit, quia extunc papa ab illis terras quasdam imperii, quas tenebant, per legatum suum repetivit. Elegerunt statim in vicarios territorii occupati, Vallis scilicet Nebulae, consanguineos quosdam summi pontificis hoc modo illud imperio suo subiectum retinentes[1]. *Postea cives Lucenses cum Karolo arto foedere iuncti erant; legimus enim in Annalibus Tholomei ad a.* 1282: Tunc rex Karolus cum magno exercitu Regnicolarum, Gallicorum, Provincialium et Tuscorum et precipue Lucensium in Siciliam vadit *(ed. Minutoli p.* 92*). Videmus hic dominia Karoli nominata, praeterea Tusciam et imprimis Lucensium civitatem. Cives praeferebant societatem Karoli dominio papae aut regis Romanorum, quia hi studebant, ut statum in Tuscia in detrimentum Lucanorum mutarent. Contentus s o l i t o dominio Karoli, cui maluit quam alii oboedire, auctor quoque noster eum dominum appellavit. Vix hunc titulum filio eius, Karolo II, apposuisset, cum quo Lucanis non tantus erat usus.*

Quod exponentes iam attingimus quaestionem difficilem, qua de causa libellus scriptus sit. Auctorem pro Lucanis contra regem Rudolfum agere censeo.

Rex Rudolfus I. mense Ianuario 1281. *vicarium generalem Tusciae constituit haud invitis papa et Karolo rege, qui etiam Tuscis, ut vicario oboedirent, mense Maio expresse scribebant*[2], *pace tunc inter imperium et Siciliae regnum inita. Sed Lucani de hac novitate minime gaudentes castrum Pesciae situm in territorio supradicto, quia inhabitantes se cancellario regis Romanorum subiecerant, aestate exeunte expugnaverunt et combusserunt appellatione antea ad sedem apostolicam interposita*[3].

Contra hanc revindicationem bonorum imperii in Tuscia per Rudolfum regem attentatam Tholomeus, qui erat de nobilibus civitatis gentibus et saluti rei publicae magnopere studebat, vere exeunte aut aestate anni 1281. *Determinationem scripsit.*

1) *Annales (rec. A) ad annum MCCLXXIX. (Minutoli p.* 90*):* Hic etiam Nicholaus eodem anno regem Karolum vicaria Tuscie et senatu Urbis privavit, Lucensibus molestias intulit de vicaria Vallis Nebule et Vallis Arni, sed Lucenses curialitate vicerunt eum, eligentes in potestatem Lucensem et in vicarium Vallis Nebule patrem et filium consanguineos Ursinorum, videlicet dominum Iohannem Cencii et dominum Angelum filium eius, quod quidem fuit in sequenti anno. *Hic et infra textum Annalium a socio nostro B. Schmeidler correctum praebemus. Cf. 'Neues Archiv' XXXIII,* 287 *sqq.* 2) *MG. Const. III, nr.* 265—269, *p.* 258 *sqq.* 3) *Cf. epistola Martini IV. Lucanis directa, MG. l. c. nr.* 655, *p.* 645. *V. praeterea ibidem nr.* 653. 654.

In Annalibus affirmat quadam ratione iuris expugnationem castri antedicti factam fuisse dicens: Causa autem combustionis fertur fuisse, quia se subiecerunt *(scil. Pisciatini)* cancellario imperatoris Rodulfi, cui subici non debebant, nisi appareret confirmatio eiusdem per summum pontificem *(ed. Minutoli p.* 91*). Tunc ergo non apparuit confirmatio regis. Lucenses eum nondum approbatum esse et ideo nihil iuris in imperio habere crediderunt. Constitutio igitur vicarii ab eis pro usurpatione habita est et Pisciatinos sine iusta causa vicario regis se subiecisse putaverunt. Castro demum destructo, ut videtur, de confirmatione regis certiores facti sunt.*

Merito putare potuerunt regem Rudolfum nondum confirmatum esse. Quamquam[1] *enim iam a.* 1274. *a Gregorio papa X. approbatus fuerat, tamen summi pontifices ei nullo modo permiserant, ut regnaret in Tuscia, sed Karolus rex Siciliae, qui a Clemente papa IV. a.* 1267. *paciarius Tusciae constitutus erat, donec esset rex Romanorum a curia Romana approbatus, usque ad a.* 1278. *non turbatus Tusciam gubernaverat. Deinde Nicolaus III. papa vicariatum arripuerat, quasi esset adhuc imperium vacans. Sed Martinus IV, qui Nicolao successerat, paulo post creationem suam (electus* 22. *mensis Februarii, consecratus* 23. *Martii) Tuscos admonuit (Mai.* 21.*), ut regis Rudolfi vicario, quem rex sede apostolica vacante (*1280. *Aug.* — 1281. *Febr.) constituerat (Ian.* 5.*), libenter oboedirent. Idem etiam, ut iam diximus, fecit Karolus rex (Mai.* 24.*), quocum Rudolfus foedus inierat. In omnibus epistolis Tuscis de hac re a Rudolfo et a Karolo et a Martino papa missis nullo loco de speciali quadam licentia regi Alemanniae ad occupandam Tusciam data scribitur. Sed epistola regis Rudolfi et epistola Martini post castrum Pesciae destructum Lucanis directae huius rei expresse mentionem faciunt. Rudolfus rex scribit Lucensibus:* Ad reintegrationem imperii nobis divina potentia et appostolice sedis auctoritate concessi in nostro corde firma dispositione providimus, patrias et provintias, que ad imperium nostrum spectent, dominio nostro submictere[2]. *Et Martinus papa dicit de vicario:* qui de nostra licentia spetiali ... ad Tuscie partes se contulit[3]. *Concludi ergo potest Lucanos, sicut iam diximus, antea dubitasse de iure regis.*

1) *Cf. Rodenberg, 'Mitteilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung' XVI,* 39. 2) *MG. Const. III, p.* 645, 1. 3) *Ibidem p.* 645, 35.

Cognita igitur Lucensium opinione conferantur quae legimus in Determinatione. Intentio auctoris est, ut etiam supra diximus, in libello suo demonstrare electum in imperatorem nullum habere ius administrandi in imperio, id est 5 *in Italia (et fortasse in regno Arelatensi, de quo autem nihil dicitur), nisi confirmetur et coronetur per summum pontificem, regnum autem Theutoniae statim post creationem (etiam ante coronationem regalem; cf. c. XXX, p.* 61, 30 *sqq.) gubernare posse. Qua re auctor commotus sit, de hac quae-* 10 *stione ita tractare, ex duobus locis libelli apparet. Praefatio his incipit verbis:* Quoniam apud multos vertitur in dubium, de iurisdictione imperii quid sit tenendum, ex quo multorum conscientie in errore persistunt, dum sibi sub nubilo iura vendicant aliena et in 15 messem non suam falcem ponere[1] attemptare presumunt, ad manifestationem eius, quod queritur circa iurisdictionem praefatam, investigandum est nobis de ipsa. *Praeterea statim inspiciamus quod scribit auctor in c. X. (p.* 23, 26 *sqq.):* Ut concludatur principale intentum, 20 manifestum est per solam eius *(scil. imperatoris)* electionem, nisi aliud sequatur, nullum ius administrationis quesitum nisi forte in regno Teutonie, in quo ius electo acquiritur sive ex longa consuetudine . . . vel forte ex ipsa ordinatione principum dicte provincie, cui se 25 tamquam in re propria possunt subicere, quod de aliis partibus eis non convenit ordinare multis causis et rationibus, quas describere longum esset. Sic enim in alienam messem falcem mitterent, quod divino iure invenitur prohibitum. *Quoad regnum Theutoniae solum prin-* 30 *cipes constituere debent, ut electo statim oboediatur.*

Auctor scripturus est contra homines quosdam, qui, de iure imperii insufficienter instructi, falcem suam in alienam messem ponere attentant, id est: qui poscunt, ut etiam in Italia regi nondum confirmato oboediatur. Theutonici, inquit, se tali 35 *regi subiciant, id quod Italici minime facere debent.*

Quocum conferantur quoque, quae leguntur in Tholomei Annalibus ad a. 1296 *(ed. Minutoli p.* 100*). Tunc Adolfus rex consentiente papa Bonifatio VIII. attentavit possessiones imperii in Tuscia recuperare. Magnam pecuniae vim* 40 *Tusci* volentes excutere iugum de manibus imperii *papae dederunt,* quamvis non esset necessarium, quia adhuc

1) *Cf. Deuteron.* 23, 25.

dictus Adulfus confirmatus non erat in imperio et ideo eidem administractionis non competebat officium, nisi quantum sue genti placebat. Propter quam causam dictum dominum Iohannem *(scilicet vicarium)* papa remisit ad propria . . . et pecuniam sibi retinuit pro terris imperii eidem collatam, in hoc volens ostendere, dominium pape dominio imperatoris preferri. *Hic eadem atque in Determinatione de iure imperii dicuntur. Theutonici se imperatori nondum confirmato subiciant, quod ab Italicis nemo poscere audeat! Tunc ergo, a. scilicet* 1296, *Lucani non secus ac a.* 1281. *dominium Alemannorum abnuerunt. Suspiceris Tholomeum contra Adolfum a.* 1296, *non contra Rudolfum a.* 1281, *pro civitate sua scripsisse, quia ad a.* 1296. *talia profert et Adolfus revera non erat confirmatus, propter quod et Bonifatius ei mox interdixisse videtur, ne Tusciam gubernaret. Sed Karolum II. tunc in Sicilia regnantem minime Tholomeus, ut diximus, 'dominum nostrum' nuncupasset et multis de causis scimus Determinationem esse ortam inter annos* 1280. *et* 1283. *Tholomeum igitur a.* 1281. *scripsisse verisimillimum est. Voluit demonstrare regis Rudolfi offitiales nullo iure Tusciam et specialiter possessiones Lucanorum occupare. Utile auctori civibusque videbatur, in libello acriter de quaestione iuris tractare, ut fortasse rationibus in eo proferendis et aliae civitates et domini Tusciae dominium Theutonicorum abnuerent.*

Scimus tunc et alias civitates vicario regis restitisse, etsi a papa et a rege Siciliae adiuvabatur[1]. *Postulabant, ut vicarius eis promitteret*[2], quod ante adventum serenissimi domini nostri Rudolfi R. r. citra montes seu ante adventum in Tuscia sui vicarii generalis lingue Teutonice cum comitiva quingentorum militum eiusdem lingue computandorum more provincie Tuscie ad stipendia camere prefati domini nostri regis nulla petitio vel questio vel controversia vel citatio vel admonitio vel preceptum moveatur, movebitur seu fiet seu gravamen aliquod vel molestia inferetur per nos vel prefatum Rudolfum. *Quod a.* 1282. *Senensibus et Florentinis confirmatum est. Hoc modo consuetudinem quandam Tusciae fingentes rem differre studebant. Eadem inten-*

1) *Redlich, 'Rudolf von Habsburg' p.* 690 *sqq.* 2) *Schwalm, 'Neues Archiv' XXVII,* 699. *Ficker, 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV,* 482.

tione in tractatu nostro confirmatio ad gubernandum imperium non sufficere dicitur. Regem confirmationem, si ea sola opus esset, facilius adepturum esse quam coronationem Romanam cives intellexerunt. Hanc idcirco praeter illam esse necessariam in Determinatione docetur. Quae doctrina ibi diversis quidem sacrae Scripturae necnon historicorum testimoniis nititur, sed, ut auctor ipse in c. XXX. dicit, non legebatur in iure canonico, cui Determinatio demum hanc rationem addidit. Sicut ergo Florentini et Senenses novam illam consuetudinem excogitaverunt, ita Lucenses hoc novum ius ementiti sunt ad vicarium regis arcendum.

Tholomeo de hac re scribere tunc praeceptum est. Quod autem haud libenter fecit, ut comperimus ex his verbis, quae leguntur in fine libelli (c. XXXI, p. 64, 5. 10*):* Sed eidem, qui hec scripsit tacito nomine, imponat nomen intentionis sinceritas. Et a presumptione scripture questionis scabiose et a multis repulse propter scandalum zelus veritatis excuset.

Ad haec verba exponenda hoc considerandum est. Cum mandatum iam dictum Martini IV. papae, per quod Tusci moniti sunt, ut regi oboedirent, mense Maio eis daretur, novae doctrinae et opiniones Lucanorum et Tholomei curiae Romanae sine dubio adhuc incognitae erant. Nam papa in illa epistola nihil de his rebus loquitur, sed demum, ut diximus, in illa alia epistola ob castri Pesciae destructionem Lucanis missa. Suspicor ergo Lucanos exspectasse, donec sedes apostolica de vicariis a Rudolfo missis loqueretur. De papae mandato stupefacti tunc demum tractatu nostro civitates Tusciae contra regem excitare conati sunt, quia alias eis nullum praebebatur auxilium Karolo etiam rege Siciliae ad obtemperandum hortante. Tholomeus itaque exeunte vere aut aestate a. 1281. *scripsisse videtur. Merito tunc quaestio 'scabiosa' dici potuit, quia non solum contra Rudolfum, sed et contra Romanam ecclesiam, quae iuris sui immemor esse videbatur, scribendum erat. Multi propterea non ausi sunt hoc facere et repulerunt de tali quaestione tractare; Tholomeus ipse nomen operi suo non imposuit.*

Nostrum nunc est probare eum auctorem libelli fuisse. Hoc demum facto quae adhuc exposuimus pro certo constabunt.

§ 2.

De auctore Determinationis.

Bartholomeus[1] *sive Tholomeus de Fiadonibus a.* 1236. *natum esse fertur. Erat de nobili gente Lucensi. Ordini fratrum Praedicatorum adscriptus studiis theologicis et philosophicis se dedit, in quibus fidelissimus S. Thomae Aquinatis* († 1274) *sectator et discipulus fuit. Deinde prior S. Romani Lucensis (a.* 1288. *et a.* 1297*), postea S. Mariae Novellae Florentinae nominatur. Ab a.* 1309. *vel ante Avinione moratus a.* 1318. *episcopus Torcellensis factus, a.* 1326. *vel* 1327. *mortuus est.*

Series operum eius haec est: 1) *Determinatio compendiosa de iurisdictione imperii scripta, ut probavimus, a.* 1281. 2) *Continuatio libri S. Thomae De regimine principum intra annos* 1298. *et* 1308. *confecta*[2]. 3) *Annales ab a.* 1063. *ad a.* 1303, *scripti intra annos* 1303. *et* 1306 *(v. supra p. X).* 4) *Tractatus (adhuc ineditus) de origine ac translatione et statu Romani imperii a.* 1308. *scriptus, ut* § 4. *demonstrabitur.* 5) *Tractatus de iurisdictione ecclesiae super regnum Apuliae et Siciliae verisimiliter Heinrico VII. imperante publicatus. Quem tractatum a me a.* 1908. *in codice Parisiensi lat.* 4046. *inventum alio loco edam.* 6) *Historia ecclesiastica nova a nativitate Domini usque ad tempora ipsa auctoris perducta, intra annos* 1312. *et* 1317. *Guilhelmo de Baiona, tit. S. Caeciliae presbytero cardinali, oblata.* 7) *Historia tripartita, quae non superest (de qua v. imprimis, quae exposuit W. Bernhardi, 'Jenaer Litteraturzeitung'* 1875, *nr.* 15, *p.* 225*). De Historia quadripartita v. infra p. XXX.* 8) *Exaemeron seu de opere sex dierum tractatus, ed. Masetti, Bibliot. Thomistica I. Siena* 1883. *(v. Überweg-Heinze,*

1) *De eius nomine v. Schmeidler, 'Neues Archiv' XXXIII,* 287, *N.* 1. *De vita scriptisque eius cf. praeterea Krüger, 'Des Ptolomaeus Lucensis Leben und Werke. Inaug.-Diss. Goettingen'* 1874. 2) *Tholomeum hanc continuationem scripsisse (a capite* 5. *libri II) primo probaverunt Quetif et Echard, SS. ord. Praedicatorum. Tom. I. Lutetiae Parisiorum* 1719, *p.* 543. *V. praeterea De Rubeis, De gestis et scriptis S. Thomae. Venetiis* 1751, *p.* 231 *sq., cuius observationes repetuntur in editione Romana operum S. Thomae. Tom. I (*1882*), p. CCLIV. Krüger l. l. p.* 42 *sq. recte docet continuationem intra a.* 1298. *et* 1308. *scriptam esse, econtra A. Busson ('Sitzungs-Berichte der k. Akademie d. Wissenschaften in Wien' LXXXVIII.) Tholomeum ante a.* 1282. *librum absolvisse affirmat. H. Grauert continuationem circa a.* 1300. *scriptam esse censet (v. Wenck, 'Philipp der Schöne von Frankreich' etc. 'Marburger Universitätsschrift'* 1905, *p.* 56 *sq.).*

'Grundriss der Geschichte der Philosophie' II⁹, p. 312*),*
quem librum frustra quaesivi.

E quibus scriptis Determinatio et continuatio tractatus
De regimine principum inter se cohaerent, ex altera parte
5 *duo illi tractatus iuniores (*4. *et* 5.*) multis locis cum Historia*
ecclesiastica coniuncti sunt. In Tractatu de regno Siciliae
allegatur etiam opus historicum Cusentini cuiusdam archi-
episcopi, quod non iam superest et quod a n u l l o *alio auctore*
citatur nisi a Tholomeo in Historia ecclesiastica (v. Schmeid-
10 *ler, 'Der sogenannte Cusentinus bei Tolomeus von Lucca.*
Neues Archiv' XXXII, 252 *sqq.). Qua de causa nec non*
ex multis aliis rationibus tractatus iste Tholomeo ascriben-
dus est.

Primus Theobald loco supra p. VI. laudato docuit
15 *Tholomei continuationem libri De regimine principum cum*
Determinatione, quam Theobald ab incerto auctore multo
p o s t illam continuationem scriptam esse censet, magna ex
parte ad verbum consentire. Imprimis monendum est in
cc. I.—VI. libri tertii De regimine principum ea, quae in
20 *Determinationis cc. XVIII.—XXIII. pertractantur, repetita*
esse. E ratione autem, qua Tholomeus Determinatione usus
est, concludi potest eum esse auctorem et huius libelli. Nam
minime illam solummodo exscripsit, sed fontes testimoniaque
in opere priore allegata denuo contulit novaque inspexit et
25 *ideo explicationes in Determinatione scriptas haud raro mu-*
tavit et correxit. Merito ergo dicendum est continuationem
illam e x p a r t e esse Determinationem repetitam et emen-
datam. Hunc autem modum proprium scribendi fuisse
Tholomei docet de operibus historicis eius Bernhardus
30 *Schmeidler ('Neues Archiv' XXXIII,* 299*): 'Vergleicht man*
die f r ü h e r e n Annalen mit der s p ä t e r e n Kirchengeschichte,
so erkennt man Th. als einen Schriftsteller, der durch u n -
e r m ü d l i c h e V e r g l e i c h u n g d e r a l t e n u n d d u r c h
H e r a n z i e h u n g v o n n e u e n Q u e l l e n die Fehler der
35 *historischen Ueberlieferung auszumerzen und sich der histo-*
rischen Wahrheit anzunähern suchte'. Cuique conferenti De-
terminationem cum illo libro mox patebit hic eundem virum
atque illic de rebus politicis et philosophicis et historicis
tractare. Longum est, si hoc loco de hac re agam, quam
40 *alias in libello de Tholomei philosophicis politicisque doc-*
trinis mihi scribendo fusius expositurus sum.

Praeterea autem opera historica Tholomei iam dicta
cum Determinatione in tota ratione disserendi et allegandi
et in sententiis de ecclesia et civitate prolatis et, quod gra-

vissimum est, in erroribus quoque saepe mirum in modum consentiunt.

Exempli gratia in cap. V. Determinationis (p. 13*) auctor scribit de Alexandro, rege Macedonum, et deinde de Totila, 'rege Vandalorum' (recte: Gothorum), quod, quamquam fuerunt barbari et gentiles, pontificibus tamen summam reverentiam exhibuerunt. Tractans de Alexandro auctor sequitur narrationem Petri Comestoris, tractans de Totila Martini Chronicon. De Alexandro dicit:* Veniens igitur cum dicto Iado *(scilicet summo pontifice Iudeorum)* in Ierusalem templum maximis honoravit donis b a r b a r a m q u e c o n t r a I u d e o s f e r i t a t e m d e p o n e n s ipsos ab omni exemit tributo ac libertate donavit, *ubi nonnulla non ex Comestoris Historia scholastica (Migne, Patrologia latina CXCVIII,* 1496 *sq.) deprompta, sed ab auctore addita sunt, praeter cetera etiam verba* barbaramque — deponens, *quae auctor postea de Totila narrans ibi non repetit. In Historia autem ecclesiastica Tholomeus de temporibus ante Christum natum non tractat et ideo solummodo — in historia Leonis Magni — de Totila agens dicit (secundum Martinum sicut Determinatio):* Totila cum reverentia eidem *(Leoni scilicet papae)* occurrit b a r b a r i c a m f e r i t a t e m d e p o n e n s. *Neque haec verba apud Martinum leguntur (MG. SS. XXII,* 418*). Quae in Determinatione de Alexandro dicuntur, hic de Totila legimus tradita. Constat ergo Tholomeum hoc loco Determinationis relatione de Alexandro uti, sed, quod mirum est, de e i u s reverentia et actis omnino tacens solummodo relationem Martini de Totila e i s v e r b i s e x o r n a t, quae auctor tractatus Comestoris narrationi de Alexandro a d d i t. Quae igitur verba Tholomeo eximie placuisse videntur! Sed melius censeo ex eo concludi Historiam et tractatum ab eodem auctore scriptos esse, quia Tholomeus et qui Determinationem condidit easdem diligunt locutiones.*

Porro legimus in c. XIIII. Determinationis (p. 31*) Fredericum II. imperatorem esse excommunicatum anno MCCXXII. (recte MCCXXVII.); eodem anno et in Annalibus id factum esse dicitur (ed. Minutoli p.* 70*). Textus Annalium hoc loco cum textu cap. XIIII. tractatus nostri in aliis quoque consentit, ut inspicienti apparebit. Minime Tholomeus in Annalibus huius solius tractatus, quo utitur, gratia a Martini Oppaviensis Chronico, quod et hic et in Determinatione adhibitur, discrepans falsum annum posuisset, nisi iam antea opinatus esset Fredericum a.* 1222,

non 1227. *depositum esse. Ergo et Determinationem scripsit, nam vix suspicaveris duos scriptores de hac re pariter errasse.*

Magni etiam momenti sunt, quae nunc proferemus. 5 *Legimus in c. XXIIII. Determinationis haec verba (p.* 46*):* In quibus etiam conditionibus beatus Bernardus invenit populum Romanum .... apparet in epistola, quam Eugenio pape direxit: *'Quid dicam'*, inquit, *'de populo Romano* ... *Quid tam notum seculis quam protervia* 10 *et fastus Romanorum'! Quae autem hic allegantur, non ex epistola quadam s. Bernhardi ad Eugenium papam directa, sed ex libro eius De consideratione deprompta sunt. In quo libro papae iam dicto dedicato auctor illi consilia de regimine gerendo dat eumque alloquitur. Qua de* 15 *causa hic liber et ab aliis scriptoribus 'epistola' nuncupatur (cf. Chron. S. Mariae de Ferraria; ed. Gaudenzi p.* 28*). Tholomeus quoque in Annalibus suis librum pro epistola habet. Legimus ibi (rec. A):* Anno MCLV. Eugenius papa moritur et in basilica beati Petri ante altare sepe-20 litur, seditque in cathedra Petri annis VIII et mensibus IIII. Huic Eugenio beatus Bernardus licteras multum mordaces circa regimen summorum pontificum scripsit et de fastu ac protervia Romani populi *(ed. Minutoli p.* 53*). Patet hoc loco eandem senten-* 25 *tiam s. Bernhardi atque supra in Determinatione quamvis brevius citatam esse. Denique conferendum est quod scribit Tholomeus in Historia ecclesiastica (XIX,* 27; *Muratori l. c. p.* 1085*):* Scripsit *(scilicet s. Bernhardus)* et de Consideratione divinae contemplationis quasi per modum 30 epistolarum ad Eugenium papam ... ipsum instruens de cura sui regiminis pastoralis. *Concludo ex hoc Tholomeum in Annalibus, ubi loquitur de litteris s. Bernhardi, ea significare, quae scripta sunt in libro De consideratione. Propterea etiam dicta s. Bernhardi de* 35 *Romanis in quodam capitulo huius libri legenda ibidem allegat. Sed in Historia ecclesiastica, quae, ut diximus (p. XXII), recentior est Annalibus, de indole harum litterarum Tholomeum melius instructum esse videmus. Cur autem in Annalibus illam sententiam de Romanis expresse* 40 *commemorat? Dicas, quia de illa quaedam legit in tractatu a se inspecto. Quod vix accipiendum puto. Verisimilius est Tholomeum illam sententiam Bernhardi de Romanis ita prae ceteris laudare, quia alio loco de ea fusius scripsit. Praeterea notatu dignum est auctorem Annalium eodem modo*

atque auctorem Determinationis librum Bernhardi pro epistola habere.

Tholomeum esse auctorem tractatus ex eis denique demonstrari potest, quae in cc. II. et XXVII. (p. 54) leguntur. In c. II (p. 7) auctor inter ea, quibus probare studet dominium summi pontificis dependere ex dominio imperatoris, hoc quoque affert, quod in Gestis beati Gregorii scribitur. Dum enim dictus papa electus pontificalem conaretur dignitatem refugere, scripsit Mauritio imperatori, ut dicte electioni non preberet assensum. *In c. XXVII. hoc argumentum infirmatur (p. 51). Dicitur ibi:* Ad illud, quod obicitur de Mauritio imperatore, dicendum est, quod non obstat talis consensus requisitus. Hic enim mos fuit ecclesie Romane, imperatoribus aliquando hunc honorem deferre . . incumbente necessitate. *Et infra p. 54:* Item . . . propter hostium inpugnationem, sicut accidit de Mauritio. Tempore enim ipsius e t P e l a g i i p a p e, qui fuit predecessor Gregorii, Longobardi nimium infestabant Urbem et Romanam ecclesiam et, ut ex ystoriis Longobardorum habetur, monasterium montis Cassini invaserunt *(quae invasio monasterii revera Gregorio I. sedente facta est, v. infra p. 54, n. 2)* . . . insuper omnes ecclesias circa Urbem . . . devastantes eorum diripiebant substantias. Quia ergo ecclesia t u n c propter Longobardorum barbariem indigebat imperatore Mauritio . ., ideo eum sibi in honore et reverentia preferebat, in creatione summi pontificis q u a s i s u u m r e q u i r e n s a s s e n s u m, non quod de iure deberet tamquam a suo superiore, cum supra sit ostensum contrarium . . . Dicta autem c e s s i o h o n o r i s e t r e v e r e n t i e e f f e c t u m h a b u i t, quia, ut in eadem hystoria continetur, procuravit dictus Mauritius exercitum Franchorum contra Longobardos, qui et diu ad invicem pugnaverunt, tandem pugna diutina conquassati. P o s t c r e a t i o n e m b e a t i G r e g o r i i d e f u n c t o P e l a g i o p a p a *per reginam Teudelindam et Gregorium Agilulfus, rex Langobardorum, ad fidem catholicam perductus et tota Italia pacata est. Auctor in c. II. de consensu imperatoris electioni Gregorii Magni dato scripsit, in c. XXVII. de origine huius iuris loquitur, quod imperatori per Pelagium II, predecessorem Gregorii, concessum fuisse dicit*[1].

1) *Quae infra p. 54, n. 3 de hoc loco dixi, recte exposita esse non iam censeo. Minime auctor Pelagium cum consensu imperatoris electum esse tradit.*

Concessio enim huius iuris effectum habuit, quia 'Mauritius exercitum Franchorum contra Longobardos procuravit'. De electione autem Pelagii et de obsidione Romae per Langobardos in c. XX. libri III. Historiae Langobardorum Pauli diaconi 5 *narratur; deinde in c. XXII. legimus:* Mauritius . . legatos ad Childepertum mittens eum, ut contra Longobardos in Italiam exercitum dirigeret, persuasit. *In c. XXIV. demum loquitur de morte Pelagii et de creatione Gregorii Magni. Antequam Gregorius electus est, Mauritius ergo* 10 *'exercitum Franchorum procuravit', quod autem secundum auctorem Determinationis fecit cessione illa 'honoris et reverentiae' commotus, quae igitur facta est Pelagio II. sedente. Auctor noster Historia Pauli diaconi usus primo de tempore Pelagii et de inpugnationibus Longobardorum, deinde de le-* 15 *gatione Mauritii ad regem Francorum, postremo de creatione Gregorii defuncto Pelagio papa et de pace inter ecclesiam et regnum inita (apud Paulum l. IV, c.* 5. 8. 9*) tractat.*

Cum eis autem, quae in c. XXVII. exstant, conferantur, quae legimus in Historiae ecclesiasticae Tholomei lib. X, 20 *c.* 21: Anno Domini DCVIII . . . Pelagius II, natione Romanus, in summum assumitur pontificem . . . Hic ordinatus est absque iussione principis, cuius rationem assignant Historiae Longobardorum lib. III, quia tunc Roma a Longobardis cincta erat obsidione. Et at- 25 tende hic, quia saepius ecclesia faciebat istum honorem maiori principi, quia ipsorum saepius indigebat adiutorio, unde Mauritio collatus fuit iste honor, ut patet in Gestis beati Gregorii *(ubi legitur de consensu electioni huius impertito),* de quo in praesentiarum dicitur. Et 30 hoc propter Longobardos, qui nimis vexabant ecclesiam, sicut Carolo fuit collata propter eosdem . . ., unde et in Gestis Longobardorum habetur lib. III, quod Mauritius magnam summam pecuniarum misit Childeberto, regi Francorum, ad exercitum faciendum contra Longobardos 35 in favorem ecclesiae.

Hic quoque auctor dicit ius consensus Mauritio concessum esse propter Langobardos tempore Pelagii II. papae ac deinde imperatorem huius concessionis gratia Francos ad pugnandum contra Langobardos movisse. Auctor igitur 40 *Historiae ecclesiasticae de hac re idem sentit atque auctor Determinationis.*

His absolutis animadvertendum est Determinationem cum operibus historicis Tholomei etiam in eis consentire, quae ibidem leguntur de iure imperii. Iam de illa doctrina

in Determinatione et in Annalibus inventa egimus Theutonicos se regi electo et nondum confirmato subicere posse, si vellent, nominem tamen ab Italicis poscere debere, ut tali regi oboediant (v. supra p. XIX). Praeterea Determinatio, ut etiam diximus, in eo dissentit a iure canonico, quod ad obtinendum imperium non solum confirmationem et approbationem, sed etiam coronationem Romanam necessariam esse dicit; quae opinio non iure, sed modo consuetudine fulciri potuit (cf. c. XXX). Hanc eandem sententiam multis locis profert Tholomeus; e. gr. in Annalibus (rec. B) dicitur: Anno MCXXXVIII Innocentius Remis concilium celebrat particulare pro bono statu regni, ubi et requiritur a Lothario, rege Alamannie et electo imperatore, nondum tamen habente benedictionem imperialem quantum ad coronam, licet confirmationem et acceptationem super electione imperii iam haberet. *Allegentur praeterea, quae ibidem dicta sunt ad a. MCXXIIII:* que quidem electio non statim dat ius imperii, nisi prius acceptetur per papam et ab ipso coronam suscipiat[1]. *Deinde in regno Theutoniae coronationem non esse necessariam censet auctor Determinationis c. XXX[2]:* Regnum enim ab imperio sic videtur esse distinctum . . ., ut per electionem principum iam dictorum statim electo ius acquiratur sine unctionis solempnitate regalis, sed in imperio non nisi in spe actionis future. *Idem sentit Tholomeus in Annalibus (rec. B) ad a. MCCI:* Octo coronatur Aquisgrani in regem Alamannie ad maiorem sollempnitatem et ad magis refrenandum impetum Teotonicorum; *quibus verbis dicitur de iure hanc coronationem necessariam non fuisse.*

Notatu dignum est de his doctrinis nihil expressius legi in Tholomei continuatione libri De regimine principum, cum multa alia in Determinatione legenda, imprimis historica et philosophica, Tholomeus, ut iam diximus, in continuatione illa repetat. Si igitur diceremus eum in scriptis suis historicis Determinatione ab alio auctore condita usum esse, sane mirum esset, quod nec in illo opere politico nec in alio umquam de his doctrinis, quae ei, ut patet, tantum placent, quicquam scripserit. Quod autem fecit, quia ipse iam in Determinatione de his rebus sufficienter tractaverat.

1) *Quem locum Annalium in editionibus non inventum nobiscum benigne communicavit v. d. B. Schmeidler.* 2) *Cf. infra p.* 61, *n.* 8.

Si diceremus Tholomeum Determinationem non scripsisse, interrogari praeterea posset, cur neque in Historia sua ecclesiastica, ubi plurimum de viris doctis sui quoque temporis agit, neque alibi nomen eius tradit, qui Determinationem scripsit, 5 *cuius doctrinis partim in opere politico, partim in operibus historicis saepissime nititur. Respondeas illum virum incognitum nomen suum celare. Sed videmus eum esse e discipulis sancti Thomae. Multis enim locis scriptis magistri usus est; cogitationes suae de Deo mundoque philosophia* 10 *Thomistica, ut alio loco probam, nituntur. Scripsit paulo post mortem Thomae* († 1274), *quocum igitur etiam vivente virum illum multum fuisse verisimillimum est. Si hoc ita est, Tholomeum, qui erat de intimis S. Thomae, auctorem, haud dubie condiscipulum suum, novisse vel saltem de persona eius* 15 *coniecissse oportet! Cur autem huius doctissimi viri, cuius doctrinas adeo dilexit, ut eas non solum in operibus historicis propriis sequatur, sed etiam sententiis magistri venerati De regimine principum adici dignas habuerit, nullo loco mentionem facit, cum de S. Thoma plurima in Historia et alibi* 20 *narret? Respondeo: quia ipse fuit vir ille doctissimus, qui Determinationem scripsit.*

His omnibus habitis melius intelligemus locum quendam tractatus nostri, ubi Tholomeus secundum Hieronymi commentarium in Danielem de quattuor monarchiis mundi tractans 25 *addit:* De quibus omnibus rationem reddere ad quadripartitam historiam pertinet, ubi sufficienter traditur *(c. XXV; p.* 49, 30*). Minime auctor hic opus absolutum alius auctoris significare videtur; opus proprium nondum perfectum, sed iam profectum allegat, in quo de* 30 *illis monarchiis copiosius tractatur. Scimus Tholomeum scripsisse Historiam tripartitam (ubi multum de rebus geographicis tractasse videtur), quae non iam superest, ab auctore autem saepius allegatur in Historia ecclesiastica. Sed, cum auctor hoc opus scribere incepit, illa Tripartita nondum* 35 *perfecta erat; unum modo librum tunc iam confecerat*[1]. *Historia ergo tripartita sicut Historia ecclesiastica, quam Tholomeus post Annales breves (intra a.* 1303—1306. *scriptos) compilavit, s. XIV. demum condita est. Cum Tholomeus Annales scripsit, iam Historiam tripartitam paravit (cf.* 40 *Minutoli p.* 90, *n.* 4*). Sed s. XIII. Tholomeum de Historia quadripartita scribenda meditatum esse suspicor. Hanc postea forma tripartita tractare decrevit.*

1) *Cf. Bernhardi, 'Jenaer Litteraturzeitung'* 1875, *p.* 225.

Ex omnibus, quae praemissa sunt, concludere possumus Tholomeum Lucensem aestate a. 1281. *Determinationem scripsisse ad possessiones Lucae civitatis in terra imperii contra vindicias vicarii regis Rudolfi defendendas.*

Etsi auctor tunc minime fuit sectator Romani pontificis, qui regi Romanorum favit, tamen opus suum postea a scriptoribus curiae Romanae faventibus in tractando contra adversarios saepius adhibitum est; inprimis ab Augustino Triumpho. Secunda pars. Summae eius de potestate papae maxima ex parte nititur Determinatione. Nonnullae sententiae de ecclesia et civitate, quae vulgo attribuuntur Augustino, Tholomei sunt.

Sed prius illi, qui contra curiam Romanam scripserunt, tractatum adhibuisse videntur, ut de Dante Allgherio Grauert (l. infra cit. p. 499*) et de scriptoribus politicis Franciae (imprimis de Iohanne Parisiensi) Scholz ('Publizistik' p.* 291*) suspicati sunt.*

Deinde Determinatio, ut detexit Grauert, a. 1342. *repetita est in Libello novo contra Michahelitas hereticos et bausinos, quem tractatum anonymi auctoris contra imperatoris Ludovici IV. sectatores scriptum Grauert publici iuris faciet (cf. 'Historisches Jahrbuch' XXIX,* 499. 536*). De eo, quod Determinatio postea Alexandro de S. Elpidio adscriptus est, v. quae infra* § 3. *exponemus.*

---

§ 3.

De codicibus Determinationis.

Codices, quibus in textu Determinationis parando usi sumus, sunt hi:

1*) P* 1 = *codex Parisiensis lat. bibliothecae nationalis* 4683. *s. XIV. elegantissime scriptus et exornatus. Praebet fol.* 1—26. *Determinationem, quam sequitur brevis* Allusio aliorum argumentorum ad premissa *(infra p.* 65. *edita). Praeterea nihil in codice invenitur nisi Dantis Alligherii de Monarchia liber. Cf. Pertz, 'Archiv' VII,* 49. *Quo codice Grauert in transscriptione sua Determinationis (v. supra p. VI) usus est. Codicem post annum* 1321, *verisimiliter pro Benedicto XII. papa (*1334—42*), exaratum esse censet ('Hist. Jahrb. der Görres-Gesellschaft'*

XXIX, 499 *sqq.* 534 *sq.). Quando 'Allusio' illa orta sit, nescio. Grauert dicit eam post electiones a.* 1314. *scriptam esse, quia legimus in illa haec: (papa)* debet diligenter de meritis electionum *(scil. imperatorum)* et personis eligentium et electi disquerere et approbare vel improbare eum. *Auctorem autem hic non duas electiones eiusdem temporis significare puto, sed verisimilius est eum de electionibus diversi temporis loqui.*

2*) M = codex latinus Monacensis bibliothecae regiae* 5832. *s. XV. Hic fol.* 121—137'. *tractatus nostri cc. I—XVI. praebet cum integro indice XXXI capitulorum et epilogo authentico adiecto. Scriptor ergo omisit cc. XVII —XXXI. Eundem textum mutilatum praebet etiam codex latinus Monacensis bibl. reg.* 8803. *s. XV, fol.* 171 —178. *Catalogus codicum latinorum bibliothecae regiae Monacensis II,* 1, *p.* 52. *Lupoldum de Bebenburg auctorem fragmenti nominat; cf. Grauert l. c. p.* 503. *V. etiam H. Meyer, 'Lupold von Bebenburg (Studien und Darstellungen aus dem Gebiet d. Gesch.' VII,* 1. 2. 1909*), p.* 36.

3*) B = codex Bremensis bibliothecae civitatis b.* 35. *exaratus intra annos* 1338—60, *v. Theobald loco infra citato. Inter multa de contentione Ludovici IV. imperatoris cum curia Romana scripta praebet fol.* 130—152'. *Determinationem. Cf. 'Archiv' VII,* 692 *sq.; II,* 208*; III,* 639*; X,* 669. *Quo codice usus est Theobald in sua transscriptione libelli ('Jahresbericht des Grossherzogl. Gymnasiums zu Mannheim* 1896/97*'). Meyer l. c. p.* 24.

4*) P* 2 = *codex Parisiensis lat. bibl. nation.* 4046. *s. XIV. In hoc codice inveniuntur permulti tractatus theologici et politici. Cf. C. Müller, 'Der Kampf Ludwigs des Baiern mit der römischen Kurie' I (*1879*), p.* 323 *et R. Scholz, 'Publizistik' p.* 486 *sqq. Determinatio legitur fol.* 158—167'*; leguntur praeterea in isto codice tractatus duo breviores Tholomei Lucensis; fol.* 34—36'*: Tractatus de origine ac translatione et statu Romani imperii et fol.* 222'. *sqq.: Tractatus de iurisdictione ecclesiae super regnum Apuliae et Siciliae.*

5*) P* 3 = *variae lectiones, quas communiter praebent hi codices: a) Codex Paris. lat. bibl. nat.* 16548. *s. XIV. b) Eiusdem bibl. lat.* 4356. *s. XIV. c) Eiusdem bibl. lat.* 4355. *s. XV. d) Eiusdem bibl. lat.* 14580. *s. XV. In omnibus his codicibus Determinatio iuncta est cum Tractatu Alexandri de S. Elpidio O. E. S. A. de eccle-*

siastica potestate[1]. *In cod. b, d etiam expresse dicitur Alexandrum esse auctorem Determinationis. Quod et factum esse videtur in codice quodam C a n t a b r i g i e n s i (Emanuel-College* 1*), quem non inspexi. Tractatus Alexandri praeterea cum Determinatione iunctus est in his codicibus Romanis: V a t i c a n o lat.* 4139 *et bibl. A n g e l i c a e Fondo antico* 810, *sed hic non dicitur Alexandrum esse auctorem. Qua de re et de eo, quod hi codices Romani ordini nostro P* 3 *attribuendi sunt, per viros doctos Romae commorantes sufficienter certior factus codices ipse inspicere supersedi.*

Quomodo autem factum sit, ut Alexandri tractatus frequenter cum Determinatione iungeretur, ignoro. Alexandrum[2] *non esse auctorem huius libelli conferenti opera illius cum Determinatione mox apparebit. Sed et nostris temporibus tractatum De iurisdictione imperii et auctoritate summi pontificis (sic in recentioribus libris scriptis Determinatio inscribitur) ab Alexandro scriptum esse dicitur; cf. e. gr. N. Valois, 'Jean de Jandun et Marsile de Padoue, auteurs du Defensor pacis (Histoire littéraire de la France', Paris* 1906*), p.* 620. *De hoc errore Grauert fusius tractaturus est, qui etiam id probabit, quod Alexandri Tractatus de ecclesiastica potestate haud raro confundebatur cum Determinatione et ideo interdum de antiquis e d i t i o n i b u s Tractatus de iurisdictione imperii legitur, quae revera editiones sunt tractatus Alexandri.*

Praeterea Determinatio commemoratur in indice codicis 26. *s. XV. (nunc magna ex parte deleti) archivi cathedralis B a r c i n o n e n s i s. Hic Heinrico Cremonensi ascribitur. Ex hoc, quod detexit v. cl. Heinricus Finke, R. Scholz concludit (l. l. p.* 291, *n.* 60*) Determinationem ab Heinrico Cremonensi scriptam esse, sicut iam supra (p. VII) diximus.*

Mentio denique fiat illius brevis Tractatus de institutione electorum, de quo supra p. XI. disseruimus. Legitur in codice F l o r e n t i n o bibliothecae Laurentianae, S. Crucis Sin. Plut. XXVII, cod. 9 *(s. XIV), fol.* 204. *Codex olim erat conventus fratrum minorum S. Crucis, ubi fortasse etiam*

1) *Edidit Rocaberti, Bibliotheca pontif. max. II. t. (Rom.* 1698*).*
2) *Qui a.* 1269. *socius, a.* 1312. *generalis ordinis eremitarum S. Augustini factus est, postea episcopus Melfiensis nominatus, mortuus est a.* 1325. *Cf. Wetzer-Welte, 'Kirchenlexikon' s. h. v.*

exaratus est. Exemplar de tractatu factum nobis benivole dedit v. cl. O. Holder-Egger. Cf. Bandini, Catalog. cod. lat. bibl. Laur. IV, 205.


Qua ratione codices inter se cohaereant, nunc expo-
5 *natur.*

P 1. *M. B praebent textum antiquiorem = I, qui in M quidem haud parum variatus est; P* 2 *a textu recentiore et retractato derivatur = II a. Exemplar quoddam huius textus retractati denuo mutatum et augmentatum archetypus*
10 *est codicum P* 3. *Hunc s. XIV. demum, post a.* 1326, *ortum esse apparet ex eo, quod codices P* 3 *in c. II (p.* 5, *l.* 28*) allegant Ioannis Andreae Glossam ad Clementinas illo anno publicatam. Praeterea codices iam dicti in c. XXIX. (p.* 59*) mentionem faciunt Libri Sexti decretalium a.* 1298. *editi.*
15 *Hanc collectionem, ut iam supra p. VII sqq. exposuimus, antiquiores codices nusquam commemorant.*

Inter codices antiquiores primum locum tenet sine dubio P 1, *qui diversis locis solus praebet lectiones genuinas; cf. e. gr.: p.* 13 t. v; 19 e; 48 g; 52 b. c; 53 g; 55 c; 56 g;
20 57 w; 59 c; 62 n. *Aliis locis P* 1 *et M communiter textum verum habent; cf. e. gr.: p.* 8 h; 12 h; 18 k; 26 r; 28 k 35 i. *M etiam solus interdum ceteris praeferendus est p.* 2 a. g *(ubi P* 1 *omittit) et p.* 15 d *(ubi ceteri errant). Sed econtra saepissime sequi debemus codices M et B aut*
25 *codicem B solum, quia P* 1 *haud raro consentit cum codicibus P* 2. 3. *falsa praebentibus; cf. e. gr.: p.* 4 d; 7 n. q; 9 k; 11 h. p *(ubi M omittit);* 15 d *(ubi B errat);* 16 e. k; 17 n *(hic et M errat; v. infra);* 20 g; 25 h; 34 q; *dehinc B solus:* 36 c; 37 m; 38 s. a; 39 i. c. d; 40 f. g. l; 43 g;
30 49 t. u. v; 55 b. e. f; 59 b; 61 u. y; 63 t. u. *Saepe etiam P* 1 *concordat cum codice P* 2 *s o l o, quem tunc fere semper non recta scribere constat; cf. e. gr.:* 3 b. c *(ubi etiam B errat; cf. praeterea* 62 a*);* 7 v; 11 i; 16 b. c. f; 17 r; 19 l. m; 23 d; 26 s; 31 b; 36 d; 43 h; 44 b; 50 c; 56 r; 62 a;
35 63 z. *E quibus apparet codicem P* 1 *esse de duobus codicibus nunc deperditis compilatum, quorum alter erat summi pretii, alter autem ordinis P* 2. *Perspicuissime intelliges codicem P* 1 *duos textus confudisse, si inspexeris p.* 36 c; 49 t. u; 63 t. u. *Saepe autem etiam codex M cum codicibus*
40 *P* 2. 3 — *et praecipue cum codice P* 2 — *consentit, ubi plerumque patet hos codices recentiora et falsa scribere; cf. e. gr.: p.* 5 f; 6 i. k. m; 7 o. p. t; 11 i; 13 q; 16 l. m; 17 n; 19 r; 20 h. i; 24 l. n. b. c; 29 f; 31 b; 32 e. g; 33 g; 34 e;

35 o *(hic B quoque errat); ubi interdum P* 1. 2. *M consentiunt. Codex itaque M aeque ac P* 1 *ex duobus codicibus, antiquiore et recentiore, compilatus est. Recentior codex, a quo M derivatur, etiam ordinis P* 2 *fuit. Archetypum denique codicum P* 2. 3. *minoris pretii esse archetypo ceterorum inspicienti loca iam commemorata nec non alias varias lectiones a nobis infra textui libelli additas mox patebit. Raro ille archetypus (II a) etiam bonas lectiones habet, textum deformatum, adhibendo quoque fontes, recte corrigens; cf. p.* 20 k; 27 f; 45 a. *Archetypus enim omnium codicum non liber manu auctoris ipsius scriptus, sed exemplar quoddam vitiis non omnino vacuum fuisse videtur; v. imprimis p.* 27 f. *et p.* 38, *l.* 23, *ubi verbum* dominium *exstinguendum esse videtur. Auctor timens, ne Romanus pontifex sibi ob librum suum irascatur (v. supra p. XXI), sicut nomen suum silentio texit, fortasse etiam, quod manu sua ipse exaraverat, exemplaribus per alios factis, delevit.*

Ex quibus omnibus apparet codices hac ratione inter se coniungi:



In textu capitum I—XVI, quo finito desinit codex M, constituendo, si non concordant codices P 1. *M B, semper sequi debemus eas lectiones, quas communiter praebent P* 1. *M aut P* 1. *B aut M B. In altera parte libelli aut quae P* 1.
5 *B aut quae B P* 3 *habent textui attribuenda sunt. Si ibi discrepat codex B a codicibus P* 1—3, *semper investigandum est, utrum ille recta praebeat an hi meliora scribant. Varias lectiones, quae in uno codice solo inveniuntur, fere nusquam notavimus, sed omnes eas, quas duo vel plures libri scripti*
10 *communiter praebent; unde affinitas codicum legentibus patebit. In orthographicis secuti sumus codicem P* 1. *Statuimus praeterea codicem quemque secundum ortum suum (P = Parisiensem etc.) nominare. Nam Grauert et Scholz et Theobald iam pluries de libris scriptis, in quibus Determinatio*
15 *invenitur, egerunt. Non pauci igitur editionem nostram inspicientes per illos viros de codicibus iam certiores facti facilius sigla nostra comprehendent quam si codices litteris A, B etc. significassemus.*

---

§ 4.

De Tractatu de origine ac translatione et
20 *statu Romani imperii agente.*

In hoc tractatu, infra p. 66 *sqq. primum a me edito, auctor exponit tres fuisse translationes imperii, primam Constantini in Silvestrum, secundam Hadriani I. in Karolum Magnum, tertiam Leonis VIII. in Ottonem I. Ex quo*
25 *concludit 'praesens occidentale imperium' prorsus dependere a papa, qui etiam electores imperatoris instituit. Status igitur imperii praesentis minime idem est atque status imperii antiquorum Romanorum. Antiquum imperium enim immediate, praesens mediante papa a Deo processit. Imperator ergo,*
30 *qui nunc est, non nisi confirmatus et coronatus a papa imperium administrare potest.*

In quibus expositionibus auctor interdum alloquitur principes Alemaniae. Caveant ergo, *inquit,* principes Alamanie vel maxime fideles Romane ecclesie, qui ius
35 eleccionis huiusmodi ex sola concessione Romane ecclesie optinere noscuntur vel cuius *(scilicet Romanae ecclesiae)* iure nituntur, asserentes presens occidentale imperium sic a solo Deo processisse sine ministerio Romani pontificis, quod in imperatorem electus non indiget no-
40 minacione, confirmacione, coronacione seu qualibet ap-

probacione . . ., que de imperio, quod nunc est, vere dici non possunt, nam, supposita translacione vel donacione de ipso occidentali imperio per Constantinum Magnum in ecclesiam . . facta, imperium, . . . quod nunc residet in Germanis, ab ipsa . . ecclesia immediate motu divino 5 processit vel per ipsius concessionem extitit in Germanos . . . translatum, tamquam id, quod erat in dominio vel in libera disposicione ecclesie *(p.* 73, *l.* 35 — *p.* 74, *l.* 13*).*

Optat igitur auctor, ne principes falsa asserentibus aures dent. Si putes principes ipsos esse falsa asserentes[1], 10 *facile refutari potest. Nam paulo post (p.* 74, *l.* 22 *sqq.) legitur:* Sepedictas per callidas enim asserciones *(significantur quae superius allegavimus)* huiusmodi videntur niti talia asserentes Germanos vel principes Alamanie et ei[s] adherentes maxime laycos, 15 . . . a pia devocione, quam ad Romanam ecclesiam [habebant] . . . quemadmodum revocare et in alios errores . . inducere. *Apparet auctorem timere, ne Germani vel principes Alemaniae seducantur a quibusdam falsa de statu Romani imperii asserentibus. Hortatus est principes de de-* 20 *votione sua numquam cedere. Quodsi principes ab hereticis incitati hostiles se contra ecclesiam praestarent, tunc facile contingere dicit, quod ecclesia Germanos ingratos imperio privaret et ipsam dignitatem* transferret in aliam catholicam devotam nacionem *(p.* 74, *l.* 34*). Principes ergo summo* 25 *pontifici omnem reverentiam et oboedientiam exhibeant, ut* in ipsius semper gracia perseverent et non solum temporalibus ex hoc promoveantur honoribus, sed tandem propter hoc et alia opera virtuosa premientur et in celum sublimentur *(p.* 75, *l.* 13—17*).* 30

Ex eo, quod auctor principes electores alloquitur et ad bene erga ecclesiam agendum iusque ipsius in electione imperatoris plene agnoscendum hortatur, concludi potest auctorem eo tempore scripsisse, quo electio nova regis Romanorum parabatur. Timebatur, ne principes novis de imperio doctrinis 35 *fulti sine consilio papae regem crearent. Patet ergo tractatum imperio vacante scriptum esse; et cum auctor eius, ut infra probabimus, Tholomeus sit, qui eum posterioribus vitae suae annis scripsit, libellus aut paulo ante electionem a.* 1308. *aut paulo ante illam a.* 1314. *editus est.* 40

Verisimiliter tractatus a. 1308. *attribuendus est. Tunc enim Philippus, rex Franciae, studuit, ut electores fratrem*

1) *Ut opinatur Scholz l. c. p.* 174, *n.* 6.

suum Karolum, comitem de Valesio, in regem Romanum eligerent. A papa Clemente V. requisivit, ut electoribus mandaret, ut Karolum crearent. Quod autem papa, qui haud libenter regi auxilium praebuit, minime fecit. Sed
5 *iussit duci Bawarie, ut ex epistola ei directa comperimus (MG. Const. IV, p.* 210, *nr.* 246*), sibi* a n t e *electionem personam idoneam et erga ecclesiam devotam designare, sed de Karolo omnino tacuit (Iun.* 19*). Hanc autem epistolam legati regis, Karolum aperte commendantes, in Germaniam*
10 *attulerunt et archiepiscopum Coloniensem de hac re adierunt, qui et desideriis Francogallorum, quibus papa consentire videbatur, acquievit. Hoc tempore (mense Iulio) etiam Raymundus cardinalis archiepiscopo iam dicto scripsit Karolum expresse nominans (MG. l. c. p.* 211, *nr.* 247*). Postea*
15 *exeunte mense Septembri papa ipse de Karolo creando electoribus scripsisse videtur, quod autem non certe constat. (Cf. Th. Lindner, 'Deutsche Geschichte unter den Habsburgern und Luxemburgern', I, p.* 170 *sq.).*

Talia a. 1314. *nec a pontifice nec a rege Franciae*
20 *attentata sunt (cf. Lindner l. l. p.* 283*). Sed anno* 1308. *principes cum consilio papae regem creare debuerunt, qui autem omnibus hortationibus neglectis Heinricum comitem Lucelburgensem elegerunt (Nov.* 27*).*

Auctor tractatus nostri de eis, quae papa et Gallici
25 *tentaverunt, certior factus esse videtur. Dicit papam posse imperium, si electores ingratos erga ecclesiam se praeberent,* transferre, *ut iam laudavimus,* in aliam catholicam devotam nacionem, cum de iure propter ingratitudinis vicium collata possit et soleat beneficia revocare *(scilicet Ro-*
30 *mana ecclesia),* sicut ex predictis et multis exemplis in utroque iure positis *(cf. p.* 75, *n.* 1*)* clare liquet et privilegium meretur amittere, qui concessa sibi a b u t i t u r p o t e s t a t e *(p.* 74, *l.* 34 — *p.* 75, *l.* 4 *sq.). Eodem autem tempore Petrus de Bosco, clarissimus ille Francogallicus*
35 *rerum politicarum scriptor, memoriale regi Philippo porrexit (post Mai.* 28*), in quo tractat de imperio electoribus depositis iure hereditario in Francos transferendo.*

Electores, inquit, temporibus anterioribus multis modis a b u s i *fuerunt* e l i g e n d i p o t e s t a t e, *quia saepe*
40 *tales elegerunt,* qui ecclesiam Romanam non solum deffendere recusarunt, immo etiam inpugnarunt *(MG. Const. IV, p.* 209, 10, *nr.* 245*). Quo tractatu Petri de Bosco auctor noster usus esse et ex verbis illius conclusisse videtur principes, si electuri essent virum ecclesiae non pla-*

centem, hoc facto abusuros esse potestate sibi concessa, qua papa eos tunc merito privare possit. Notatu etiam dignissimum est auctorem illa verba de abusu potestatis proferentem nullum fontem, ex quo hauserit, allegare, quod, sicut loco praecedente, certe et hic fecisset, si e. gr. corpore iuris et 5
non libello sui temporis usus fuisset.

Ei vero, quod Petrus de Bosco affirmat, electores iam pridem deliquisse, imperatoribus, qui ecclesiam Romanam ... inpugnarunt, ad hoc opem et occasionem praestantes, *auctor noster expresse contradicere vi-* 10
detur, loquens de 'pia devocione' Germanorum vel principum Alemaniae, quam ad Romanam ecclesiam [habebant], inpugnantibus viriliter inpugnando [et] resistendo. *Hac demum devotione cessante papa imperium transferet.* 15

Auctor ergo hoc modo rationes a Petro prolatas infirmare studens Germanisque favens non sectator partis Francogallicae, sed partis papae habendus est. Minime adiuvit quae Francogallici contra Germaniam moliebantur. Solummodo contendit, ut electores postea quoque erga ecclesiam 20
devotissimos se praestarent ius ipsius in electione imperatoris numquam negantes. Ita et Clemens V. Philippo regi haud admodum favit potestatem eius amplius corroborare nolens, ex parte vero altera Germanos quoque sibi oboedientes servare studuit. Propterea eis mandavit, ut sibi ante electionem 25
nuntiarent, quem eligendum decrevissent. Postea libellus quidam falsa de iure imperii asserens editus esse videtur. Tunc papam timentem, ne Germani illo libello et contra Franciam et contra curiam incitarentur, Tholomeo, quem illis annis Avinione moratum esse[1] *scimus, ut contra illum* 30
libellum scriberet, mandasse suspicor. Ad hoc probandum conferas etiam verba auctoris iam supra p. XXXVI. allegata de electoribus propter devotionem temporalibus honoribus promovendis cum eis, quae leguntur in iam dicta epistola Raymundi cardinalis Karolum de Valesio commendantis (MG. 35
Const. IV, p. 212, 5, *nr.* 247*) circa finem. Auctor noster dicit (p.* 75, *l.* 8—17*): Principes studeant papae et ecclesiae* obedienciam suis contempti *(scil. contenti)* finibus et scismaticalibus vitatis erroribus exibere, quod in ipsius semper gracia perseverent et non solum temporali- 40

1) *Certe ab anno* 1309. *ibi moratus est; cf. Krüger l. l. p.* 15 *sq. Sed iam antea eum diu Avinione habitasse verisimile est, quia illis annis causam quandam conventus S. Romani Lucensis, cuius prior fuit, coram summo pontifice egit. Aliam opinionem profert Krüger.*

bus ex hoc promoveantur honoribus, sed tandem propter hoc et alia opera virtuosa premientur et in celum sublimentur. *Mirum est, ut auctor electoribus pollicitus sit, quod a summo pontifice pro reverentia sua promo-*
5 *verentur in temporalibus. Sed notum est eis tunc talia promissa esse, si electuri essent Karolum Valesium. Cardinalis iam dictus l. l. scribit:* Quare . . . rogamus, quatinus . . . in prefatum comitem eligend(um) in regem regni prefati dirigatis, quantum in vobis fuerit, vota
10 vestra, ut nos, qui in electione huiusmodi multum reputabimus honorari, in vestris honoribus promovendis ex corde ministerium nostre sollicitudinis liberaliter exponere teneamur.

De quibus promissis auctor fortasse audierat et prop-
15 *terea electoribus eadem non pro Karolo eligendo, de quo omnino tacet, sed pro devotione erga ecclesiam 'scismaticalibus vitatis erroribus' exhibenda promittit. Conferas praeterea cum eis, quae dicit, et quae leguntur in fine epistolae Clementis papae V. (MG. l. c. p.* 211, 10 *sqq., nr.* 246*).*

20 *Quaeritur nunc, qui fuerit ille libellus, contra quem auctor scribit? Quem libellum paulo ante tractatum nostrum publici iuris factum esse apparet ex verbis, quibus tractatus noster incipit. Auctor scripturus est,* ne errores, qui de predicti Romani imperii statu modernis tem-
25 poribus . . . in aliquibus seminantur, serpiant more cancri vel mores auditorum . . interficiant scismatica seu scandala pariendo, et in ipso ortu sue radicis pestifere errores huiusmodi penitus evanescant *(p.* 66, *l.* 12. *sqq.). Loquitur ergo de erroribus, qui modernis*
30 *temporibus seminantur (non antea iam seminati sunt), quibus, ne approbentur, resistendum est (l.* 11*), quos, ne diffundantur et scandala efficiant, 'in ipso ortu' ('gleich bei ihrem Entstehen') exstinguere vult. Deinde (p.* 72, 25*) dicit:* Sic sane debent intelligi canones
35 notati [per] doctores de actionibus Octoniani temporis et materia facte translacionis minus plene loquentes non attendentes varietates temporum nec mutacionem status imperii debite advertentes. *Et postea (p.* 74, 1*) inpugnat* asserentes presens occidentale inperium a solo Deo
40 processisse sine ministerio Romani pontificis, quod in imperatorem electus non indiget nominacione *etc.* Romane ecclesie. *Statum autem imperii numquam mutatum et ideo eundem esse atque statum imperii antiquorum Romanorum translationesque nec Constantini nec*

Hadriani valere docet D a n t e s A l l i g h e r i u s F l o r e n t i n u s *in suo de Monarchia libro. Contra hunc ergo tractatus noster scriptus esse videtur. De tertia translatione, in Ottonem I. facta, Dantes omnino tacet (III,* 10. 11*), qua de causa auctor noster eum expresse reprehendit allegans* 5 *'canones notatos', qui sunt c.* I n s i n o d o *et c.* T i b i d o m i n o *(c.* 23. *D. LXIII. et c.* 33. *D. LXIII), e quibus concludit Ottoni tunc imperium translatum esse a papa. Cum altero autem dicto eius conferantur, quae scribit Dantes in fine libri sui (III,* 16*):* S o l u s *(imperatorem)* eligit 10 D e u s, solus ipse confirmat, quum superiorem non habet *(imperator).* Ex quo haberi potest ulterius, quod electores . . . denunciatores divinae providentiae sunt habendi. *Et paulo post:* Sic ergo patet, quod auctoritas temporalis Monarchae, s i n e u l l o m e d i o, in ipsum 15 de fonte universalis auctoritatis descendit. *Ex quibus apparet Dantem summo pontifici nullum ius in electione imperatoris concedere. Ne tali scriptori aures praebeant, auctor tractatus principes electores hortatur.*

Dantis liber de Monarchia ergo p a u l o a n t e *tracta-* 20 *tum nostrum, etiam vacante imperio a.* 1308. *(Mai — Nov.), scriptus esse videtur. Qua de re alio loco fusius tractaturi sumus. Dantes fortasse Alberto rege mortuo, qui imperium vix curaverat (qua de causa eum vituperat in Purgatorio, VI,* 97*), libro suo efficere studuit, ut novus monarcha melius* 25 *saluti imperii prospiceret neque papa neque Italici eum in offitio exequendo impedirent.*

Hoc absoluto probandum est Tholomeum tractatum scripsisse.

In tota ratione exponendi et allegandi nec non in eis, 30 *quae de diversis viris temporibusque et de imperio et ecclesia profert, tractatus noster, haud raro ad verbum, consentit cum Determinatione ceterisque operibus Tholomei, imprimis cum Historia ecclesiastica (quam* p o s t *Annales breves (*1303— 1306*) scriptam, ergo a.* 1308. *iam inceptam esse verisimilli-* 35 *mum est) et cum Tractatu (adhuc inedito, cf. supra p. XIV) de iurisdictione ecclesiae super regnum Apuliae et Siciliae, quem a Tholomeo scriptum esse certissime constat.*

Tractatus noster cum Historia ecclesiastica praeter cetera in eo concordat, quod dicit esse scriptum in cronicis, 40 quod quidem clericos diversi ordinis b. Silvester primo i n s t i t u i t s e u n o m i n a v i t sacrosancte Romane ecclesie cardinales *(p.* 67, 20 *sq.). Hoc solummodo inveni*

scriptum in Hist. eccl. V, 5 *(Muratori l. c. XI,* 825*), ubi scribitur:* Quod autem b. Sylvester post instituerit cardinales seu nominaverit, habere potes II. qu. IV. cap. *Praesul. (c.* 2. *C. II. qu.* 4*). Non recte ergo dicitur in tractatu nostro hoc esse scriptum 'in cronicis', ubi frustra quaeres. Praeterea legimus p.* 68, 20. *et p.* 69. *in tractatu Stephanum papam II. vivente rege Pippino ordinasse, ut imperium transferetur de imperatoribus Byzantinis in reges Francorum. Sed hanc translationem non 'realiter perfecit' (p.* 68, 23*), sed Leo III. imperium Karolo Magno transtulit. De qua ordinatione nihil scribitur in Determinatione (v. p.* 25 *sq.) neque alibi, sed solummodo in Hist. ecclesiastica de ea legimus; XIV,* 16. 17. *et XV,* 4; *p.* 975 *E.* 989 *B. De hac re conferas, quae disseremus infra p.* 69, *n.* 1. *Denique in tractatu sicut in Hist. eccl. annis pontificatus paparum a nativitate Christi computatis anni ab Urbe condita adduntur. In Historia ecclesiastica ordo chronologicus fere semper turbatus est. Sed et in tractatu nostro vitium quoddam concordans cum vitio in Historia invento habemus. Legimus p.* 70, 1: *Leo III.* sublimatur a. D. VII[I]CXVI. vel a. U. c. M[D]LXXV. *Secundum Historiam idem papa electus est:* A. D. DCCCXVIIII et a. U. c. MDLXXI. *(XV,* 1; *l. c. p.* 987*). Hic dicitur Leonem papam a.* 819, *illic a.* 816. *creatum esse; revera a.* 795. *inthronizatus est.*

Diversis locis tractatus noster, ut iam diximus, cum Historia etiam ad verbum consentit. Quae loca infra in editione nostra tractatus adnotamus.

Si dicis eum, qui tractatum scripserit, modo usum esse Historia et non esse necessarium eum pro huius quoque operis auctore habere, respondendum est tractatum multimode concordare et cum Determinatione, ut conferenti mox patebit, et, ut diximus, cum Tractatu illo de regno Siciliae. Laudantur in tractatu nostro 'Gesta Germanorum' (p. 72, 22*), quae non nisi a Tholomeo in Annalibus et in Hist. ecclesiastica et in Tractatu de Sicilia allegantur. De eorum indole nihil constat; v. P. Scheffer-Boichorst, 'Archiv' XII,* 463, *n.* 2, *qui ea a Tholomeo ipso scripta esse censet. Merito ergo Tractatum de statu Romani imperii a Tholomeo conditum esse credas. Quantum autem consentit cum Tractatu de Sicilia, ex sequentibus apparebit, e quibus etiam, quo tempore hi duo tractatus scripti sint, patebit. Dicunt de institutione electorum:*

De statu imperii (p. 72, 1 sqq.): Post hec mortuo Ottone II[I]. sine filiis Gregorius V. nacione Theutonicus de Saxonia de parentella Ottonis, prius Bruno vocatus, in summum pontificem assumitur, cuius pontificis tempore vel per ipsum pro bono statu ecclesie et populi Christiani est . . . ordinatum *(sequitur narratio copiosior de institutione electorum; v. infra p.* 72, 10. 20*)* . . . Hec autem ordinacio facta anno millesimo quarto, ut Gesta Germanie et cronice Martiniane vel alie magnifeste declarant. Et hec eleccio adhuc hodie perseverat.

De iurisdiccione ecclesiae: Post hec autem mortuo Ottone III. sine filiis Gregorius V. nacione Teotonicus et de parentella Ottonis in summum pontificem assumitur, cuius tempore post mortem dicti Ottonis electores instituuntur VII principes Theutonie, IIII videlicet layci et tres clerici, ut Martinus scribit, sed hec ordinacione et provisione dicti Gregorii, ut Gesta Germanorum tradunt; quod fuit anno Domini MIIII, ut Gesta Germanorum scribunt, et hec electio adhuc hodie perseverat.

Videmus tractatus hic fere semper ad verbum consentire. Si cum eis, quae proferunt, conferas, quae Tholomeus in Determinatione (c. XIII, p. 29 *sq.) et in De regimine principum (III,* 19; *qui liber nititur Determinatione, redactus est ca. a.* 1300; *v. supra p. XXII, n.* 2*) de hac re scribit, statim apparebit hos tractatus multo magis inter se quam cum illis operibus coniungi. Imprimis, ut diximus p. XI, notandum est Tholomeum in illis operibus institutionem electorum, quodam brevi libello nisum, a.* 1030, *in nostris tractatibus autem, Gestis Germaniae et Martini Chronico usum, rectius a.* 1004. *ascribere. Ex quo concludi potest tractatus esse recentiores, id est s. XIV. incipiente scriptos. In hoc optime quadrat, quod Gesta Germaniae a Tholomeo demum nuncupantur in Annalibus (intra a.* 1303 —1306. *conditis) et praeterea, quod duo illi tractatus saepe dicti multimode concordant cum Historia ecclesiastica post Annales absolutos scripta. Cum autem ex eis, quae in Tractatu de statu imperii leguntur, merito colligi possit eum vacante imperio conditum esse, aut a.* 1308. *aut a.* 1314. *attribuendus est, cum Tholomeus a.* 1328. *mortuus sit. Iam supra autem satis demonstravimus annum* 1308. *certe esse praeferendum.*

Hic tractatus postea a L a n d u l f o d e C o l u m n a in Tractatu suo de translatione imperii nec non, ut videtur, a M a r s i l i o P a t a v i n o in libello suo de eadem quaestione post a. 1324. *scripto*[1], *in quo condendo, ut ipse dicit,* 5 *Landulfi opere usus est, magna ex parte (v. p.* 66, *n.* 1*) exscriptus est. Maioris fortasse momenti est, quod principes electores sententiam suam a.* 1338. *in Rhense de iure imperii edictam etiam contra tractatum nostrum promulgasse videntur. Conferas ea, quae infra p.* 74, *n.* 1. *adnotamus. Libellus* 10 *ergo viris saeculi XIV. de rebus politicis tractantibus notissimus fuit.*

Invenitur in unico codice Parisiensi latino bibliothecae nationalis 4046. *s. XIV. (de quo v. supra p. XXXI), fol.* 34—36′. *Textum valde deformatum saepissime, haud* 15 *raro operibus Landulfi aut Tholomei adhibitis, corrigere debuimus. Speramus eum nunc ita emendatum esse, ut omnia lectoribus pateant. Primo breviter de hoc tractatu disseruit R. Scholz l. c. p.* 174. *n.* 6; *fortasse ab Augustino Triumpho contra principes falsa de iure imperii asserentes eum scrip-* 20 *tum esse suspicatur.*

Restat, ut omnibus, qui mihi in hoc tomello parando consilio atque opera adfuerunt, gratias agam quam maximas. Et socii Regalis Borussici Instituti historici Romani, imprimis v. d. Feodorus Schneider, et v. d. Renatus Poupardin 25 *bibliothecarius Parisiensis nonnulla mecum benigne communicaverunt; v. d. Bernhardus Schmeidler socius, Tholomei scriptorum peritissimus, multa utilia me docuit plagulasque summo studio mecum correxit, in hac praefatione corrigenda praeter eum v. d. Richardus Salomon socius libenter me ad-* 30 *iuvit; v. cl. Emilius Seckel de multis locis e corpore iuris canonici et civilis promptis optima consilia mihi dedit; v. cl. Karolus Zeumer denique mihi ab initio usque ad finem laboris ubique egregius dux fuit et magister.*

Dabam Berolini III. Kal. Iulias a. MCMIX.

35 *MARIUS KRAMMER.*

1) *Cf. Riezler, 'Die literarischen Widersacher der Päpste' p.* 171 *sqq.*

CORRIGENDA.

Supra p. X, l. 14. *pro* († 1004) *legendum est:* († 1002). — *P. XII, l.* 4. *lege* anno. — *Quae infra p.* 29, *n.* 1. *et p.* 54, *n.* 3. *leguntur, non recte dicta sunt. Conferas quae de his locis exposui in Praefatione p. XI sq. et p. XXVI sq.* — *Verba* quod *(p.* 62, *l.* 38 o*)* *et* necnon *(p.* 63, *l.* 36 r*) textui inserenda sunt.* — *P.* 66, *l.* 11. *et* 22. *pro* que *lege* qui. — *P.* 72, *l.* 25. *lege* notati.

*DETERMINATIO COMPENDIOSA

DE IURISDICTIONE IMPERII**.

Ubi primo intentum premittitur ab auctore libelli et modus agendi. Capitulum I.[a]

5 Argumentum ad partem affirmativam, quod imperator statim electus possit administrare in tota terra imperii. Capitulum II.

Argumenta ad partem negativam, que pro veritate faciunt. Capitulum III.

10 Probatur hoc idem ex regibus antiquis, quod sola electio non sufficiat ad administrationem imperii. Capitulum IIII.

Determinatio questionis proposite, ad cuius declarationem ostenditur hic, quanta sit auctoritas summi ponti-15 ficis, et primo hoc ostenditur per pontifices Veteris testamenti. Capitulum V.

Declaratio eiusdem potestatis ad propositum ostendendum principalis questionis per scripturam Novi testamenti. Capitulum VI.

20 Ratio quedam naturalis ad idem propositum ostendendum. Capitulum VII.

Ostenditur hic ex iure positivo auctoritas summi pontificis roborata per principes ex principali subiectione. Capitulum VIII.

25 *) *M. praemittit:* Incipiunt capitula super brevem tractatum de iurisdictione imperii et auctoritate summi pontificis circa imperium.

**) *P* 2. 3. *add.:* et auctoritate domini summi pontificis.

a) *Loco huius inscriptionis praebet P* 1*:* Tractatus de iurisdictione imperatoris 30 et imperii. Capitula XXXI. Intentio premittitur ab auctore et modus agendi. *Idem codex etiam indicem capitulorum admodum variatum praebet, cuius rei in hac editione ratio habita non est.*

Ostenditur idem de Iustiniano imperatore, de quo est specialis ratio. Ideo de ipso per se agitur. Capitulum VIIII.

Conclusio principalis intenti de iurisdictione imperii, quid sit inde tenendum. Capitulum X.

Ratio, unde provenit obscuritas questionis circa iurisdictionem imperii. Capitulum XI.

Qualiter in Karolo diversificatus est modus imperii. Capitulum XII.

Alius modus institutionis[a] imperatoris post Ottonem tertium quam a tempore Karoli usque tunc per ordinationem ecclesie. Capitulum XIII.

Qualiter apparet auctoritas summi pontificis ex depositione principum, que in diversis temporibus invenitur facta ab ipsis. Capitulum XIIII.

Responsio ad argumenta facta in contrarium circa[b] propositum in principio et primo ad primum. Capitulum XV.

Responsio ad secundum argumentum in contrarium factum et qualiter intelligitur[c] illa auctoritas: *Reddite que sunt cesaris cesari.* Capitulum XVI. *Matth.* 22, 21.

Responsio ad tertium argumentum et digressio, unde dominium exordium habuit. Capitulum XVII.

Quod dominium est a Deo permissum et provisum, cuius ratio hic primo sumitur ex natura entis. Capitulum XVIII.

Quod dominium hominum fuerit a Deo collatum, ratio hic sumitur ex parte motus. Capitulum XIX.

Quod dominium sit a Deo, ratio sumitur[d] ex consideratione finis. Capitulum XX.

Quod dominium Romanorum fuit[e] a Deo provisum, et ratio ponitur[f] primo[g] ex zelo patrie. Capitulum XXI.

Ratio secunda, quare Romani meruerunt dominium, videlicet ex sanctissima legum traditione. Capitulum XXII.

Ratio tertia, quare dominium concessum est Romanis, videlicet ex eorum civili benivolentia. Capitulum XXIII.

Alia ratio, unde dominium competit Romanis modernis. Capitulum XXIIII.

a) *ita M;* assumpcionis *B. P* 2. 3; *om. P* 1. b) contra *P* 2. 3. c) intelligatur *P* 2. 3; *om. B.* d) in principio *add. P* 2. 3. e) fuerit *P* 1—3. f) sumitur *P* 2. 3; ponitur — patriae] ex cęlo est *P* 1. g) *om. B. P* 2. 3.

Redit ad propositum ad respondendum argumento supraposito digressione finita. Capitulum XXV.

Responsio ad quartum argumentum factum de Constantino et Silvestro. Capitulum XXVI.

5 Responsio ad argumentum de Mauritio imperatore. Capitulum XXVII.

Responsio ad argumentum sextum, quomodo habet intelligi: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Capitulum XXVIII. *Ioh. 18, 36.*

10 Responsio ad septimum argumentum de quibusdam electis, quibus ante confirmationem ius administrandi [a] conceditur. Capitulum XXIX.

Utrum sola confirmatio sufficiat ad administrationem imperii. Capitulum XXX.

15 Quomodo [b] preter [c] confirmationem ad verum et legittimum imperatorem alie requiruntur [d] sollennitates, ut unctio et coronatio, exemplis et rationibus persuaderi potest. Capitulum XXXI. [e]

a) administracionis *P* 2. 3. b) Quod *B. P* 1. 2. c) post *P* 1. 2. d) re-
20 quirantur *P* 2. 3. e) Expliciunt capitula *add. P* 1—3.

DETERMINATIO[a] COMPENDIOSA

DE IURISDICTIONE IMPERII[b].

Ubi primo intentum premittitur ab auctore libelli et modus agendi. Cap. I.

Quoniam apud multos vertitur in dubium, de iurisdictione imperii quid sit tenendum, ex[c] quo multorum conscientie in errore persistunt, dum sibi sub nubilo iura vendicant aliena et in messem non suam falcem ponere[d] attemptare presumunt, ad manifestationem eius, quod queritur circa iurisdictionem prefatam, investigandum est nobis de ipsa. Sed quia, ut sapiens[1] dicit, qui bene diffiniunt contraria consignificant, et contrariorum eadem est disciplina[2], unde et Sacra scriptura[e] in consideratione operum Dei ad contraria remittit, Ecc. XXXIII*: *Contra*, inquit, *malum bonum, contra vitam mors et contra iustum peccator, sic intuere in omnia opera altissimi duo et duo, unum contra unum,* — hoc etiam apparet in artibus et doctrinis; est enim medicina sani et egri phylosophia moralis et Sacra scriptura virtutis et vitii, propter quam causam tam bonorum quam malorum in eadem exempla traduntur, ex qua etiam consideratione in traditione rerum naturalium moti fuerunt Pitagorici collectionem contrariorum subscribere, ut narrat philosophus[3] in principio sue Phylosophye — ad utramque partem deducenda est questio sub verisimilibus argumentis, ut omnis tollatur ambiguitas in pretaxata materia et veritas in oppositis iusta[f] se positis clarius elucescat[4].

Cf. Deut. 23, 25. — *v. 15.

Cap. I. a) Determinatio — Cap. I] Intentio premittitur ab auctore et modus agendi *P* 1; *om. M.* b) et auctoritate summi pontificis *add. P* 2. 3. c) ex quo multorum *om. P* 2. 3. d) et *add. P* 1—3. e) Sacra scriptura] Iesus Sirach *P* 2; Syrac *P* 3. f) *i. e.* iuxta.

1) *Aristoteles, De caelo I,* 10; *ed. Firmin-Didot II,* 383, § 1. 2) *Cf. Thomas Aquinas, Summa theolog. (Colon.* 1640*) I. qu.* 75, 6 *con.* 3) *Aristoteles, Metaphys. I,* 5; *l. c. II,* 476, § 7. 4) *Cf. Thomas l. c. I. II. qu.* 48, 3, 3.

Cap. II. Argumentum[a] ad partem affirmativam, quod imperator statim electus possit administrare in tota terra imperii.

Pro parte igitur affirmativa sic obicitur in pro-
5 posito, quod electus in imperatorem canonice statim habeat administrationem legittimam. Sicut enim papa in spiritualibus superiorem non habet, ita nec in temporalibus imperator, ut c. dicit Decreti LXXXXVI. di. c. *Cum ad verum ventum est*[1]. Si[b] ergo ad[c] paria se
10 habent, licet in diversis, ut expresse dicere Nicolaus papa videtur ibidem, cum summus pontifex electus forma canonica statim plenam habeat administrationem, ut Nicholaus papa secundus statuit[2] in concilio Romano, quod celebratum fuit circa[d] annos Domini MCLIX[e, 3], ut
15 habetur in Decreto di. XXIII. c. *In nomine Domini*[4], et hoc idem asserit idem Nicholaus di. LXXIX. c. *Si quis pecunia*[5] § finali, ergo[f] simili modo videtur de imperatore *). Preterea in decreto[6] supra memorato dicitur, quod imperator non debet se de pontificalibus in-

20 *) *Hoc loco add. P* 3: Ad hoc XCIII. di. *Legimus in Ysaia*[7], ubi dicit Ieronimus, quod exercitus ibi facit imperatorem, ubi dicit glosa, quod ex sola electione principum verus efficitur imperator, eciam antequam a papa confirmetur. De hoc eciam LXIII. di. *Quanto*[8]
25 et per Archidiaconum[9] XXIII. di. *In nomine Domini*[10], per Innocentium[11] de electione c. *Venerabilem*[12], per Hostiensem[13] de verborum significatione c. *Super quibusdam*[14], per Ioannem Andree in Clementinis de iureiurando *Romani* (consilii Viennensis)[15].

30 Cap. II. a) argumenta *P* 2. 3. b) *om. P* 2. 3. c) ut *P* 2. 3. d) circa annos] anno *P* 2. 3. e) *ita P* 1. *M;* MCLXV. *B;* MLXVIII. *P* 2; MLX. indictione XII. *P* 3. f) si ergo *M. P* 2; sic ergo *P* 3.

1) *c.* 6. *D. XCVI.* 2) *Hoc supposito hic et infra, ut electus inthronizari non posset.* 3) *Recte:* 1059. 4) *c.* 1. *D. XXIII.*
35 5) *c.* 9. *D. LXXIX.* 6) *Cf. n.* 1. 7) *c.* 24. *D. XCIII.* 8) *c.* 10. *D. LXIII.* 9) *Petrus de Baysio, Rosarium decretorum (Coloniae* 1481*).* 10) *c.* 1. *D. XXIII.* 11) *Innocentius IV., Apparatus in V libros decretalium (Argentine* 1478*).* 12) *c.* 34. *X de elect. (I,* 6*).* 13) *Heinricus de Segusio (Card. Hostiensis), Lectura sive apparatus super V libris*
40 *decretalium (Argentine* 1512*).* 14) *c.* 26. *X de verb. signif. (V,* 40*).* 15) *Glossa ad Clement. c. unic. de iureiur. (II,* 9*).*

gerere nec summus pontifex debet nomen imperatorium usurpare*, et hoc etiam divina auctoritate fulcitur, qua
v. 21. dicitur Mt. XXII: *Reddite que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo.* Ergo videtur, quod statim legittime electus sine confirmatione pape possit exequi iurisdictionem im- 5 perialem. Amplius ad idem sic argui potest. Ita enim in rebus videmus, quod illud, quod posterius est, dependet ex eo, quod prius[1] est, sicut totius corporis motus dependet ex motu cordis, ut sapiens[2] dicit in XIII. libro de Animalibus, et etiam sicut accessorium ex principali, 10 ut dicit[g] decretalis Extra de offitio delegati c. *Prudentiam* § *Sexta nobis*[h] et § primo[3]. Sed dominium ecclesie ex dominio imperatoris dependere videtur, quod quidem apparet ex duplici parte. Primo videlicet, quia[i] dominium imperatoris precessit dominium Petri apostoli, 15 ut apparet in Iulio Cesare Octaviano et Tyberio, qui precesserunt Petrum apostolum et ita videtur ab illis tamquam prioribus dominis traxisse originem. Secundo, quia dominium summi pontificis in imperio a Constantino videtur expresse fuisse collatum, ut c. Decreti plane 20 declarat di. LXXXXVI. c. *Coronam* et c. *Constantinus*[4], per quod manifeste videtur, quod ecclesia ab imperatore iurisdictionem habeat temporalem et non imperator ab ipsa. Non ergo ad executionem sui offitii electo imperatori[k] necessaria est confirmatio pape. Rursus ad idem 25 sic possit[l] argumentum adduci. Dicet enim[m] forte aliquis, quod, quia Constantinus imperium occidentale dimisit sive contulit Silvestro pape cum suis dignitatibus, ut patet di. LXXXXVI. c. *Coronam*[5], ex hac collatione ius est summis pontificibus posteris acquisitum, ut ex 30

*) *P* 3 *add.*: et quia iurisdictiones sunt distincte X. di. *Quoniam idem*[6], ubi de hoc et Extra de iudiciis c. *Novit*[7] et qui filii sint legitimi c. *Causam*[8] et per Hostiensem[9] in Summa eod. tit. § *Qualiter et a quo.*

g) dicit decretalis *om. P* 1—3. h) *om. P* 2. 3. i) quod *M. P* 2. k) *ita* 35 *P* 1; imperatore *M. P* 2. 3; in imperatorem *B.* l) *ita B;* potest *M;* posset *P* 1—3. m) *om. M. P* 2. 3.

1) *Cf. Thomas l. c. II. II. qu.* 122, 2 *con.* 2) *Aristoteles, De partibus animalium III,* 4; *ed. Firmin-Didot III,* 259, 38. 3) § 2. c. 21. *X de off. iud. del. (I,* 29*) et* § 1. *c.* 2. *X de mut. pet. (II,* 4*).* 40 4) *c.* 13. 14. *D. XCVI.* 5) *Cf. n.* 4. 6) *c.* 8. *D. X.* 7) *c.* 13. *X de iud. (II,* 1*).* 8) *c.* 7. *X qui filii sint legit. (IV,* 17*).* 9) *Heinricus de Segusio, Summa aurea (Lugduni* 1548*), fol.* 216' *sq.*

ipsis tota dependeat[n] iurisdictio imperialis et inde sequitur, quod eiusdem ad legittimum imperatorem requiritur confirmatio. Sed contra hoc est, quia[o] iura imperii alienari non possunt, cum sint bona rei publice,
5 que sine publicis offitialibus dispensari non debent[1], ut sunt principes et barones et alii, quorum est[p] assistere imperiali aule, diversorum apicum, quod quidem precipue talibus convenit dominis predictorum assensum querere magis quam regibus, quibus ratione successionis
10 quasi quodam iure nature dominium regale debetur, imperatoribus autem Romano more solum electione. Ideo non videtur, quod iure sui regiminis possit posteros obligare vel preiuditium generare, ergo Constantinus imperator tunc conferre non potuit, nisi forte in vita sua
15 tamquam eiusdem vices gerenti. Manebit igitur saltem post mortem, scilicet electio, in suo vigore sicut antiquitus, ut, sicut electo tunc ius acquirebatur administrandi legitime, ita et nunc. Amplius autem ad hoc idem facit, quod in Gestis beati Gregorii[2] scribitur.
20 Dum enim dictus papa electus pontificalem conaretur dignitatem refugere, scripsit Mauritio imperatori, ut dicte electioni non preberet assensum. Et hoc idem ferunt ystorie de[q] Karolo Magno[3] et Ottone[4], quod in creatione[r] summi pontificis requirebatur eorum voluntas*.
25 Preterea auctoritas[s] concessa Petro, cum dixit: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celo* etc. Matth. XVI*, ad spiritualem actionem seu[t] potestatem videtur solum[u] referri, cui sententie consonare videtur auctoritas evangelica, qua Dominus dixit[v], Ioh. XVI:
30 *Regnum meum non est de hoc mundo.* Ergo ex illa pote-

*v. 19.

Ioh. 18, 36.

*) *P* 3 *add.*: et hoc patet LXIII. di. *Adrianus* et c. *In synodo* et c. *Quia sancta*[5].

n) dependeret *P* 1—3. o) quod *M. P* 2. 3. p) interest *M. P* 2. 3. q) in *P* 1—3. r) eleccione *P* 2. 3. s) fuit *add. P* 2. 3. t) sive *M. P* 2. 3. u) solam
35 *P* 1. 2; *om. B.* v) dicit *P* 1. 2.

1) *De hoc loco cf. quae supra in praefatione nostra* § 1. *exposuimus.* 2) *Quorum auctor Paulus diaconus (cf. Tholomei Hist. eccl. XI,* 2; *Muratori, SS. rer. Ital. XI,* 911*); ed. Grisar in 'Zeitschrift f. kath. Theologie' XI* (1887), 167 *(c. X).* 3) *Martinus Oppav., Chronicon; MG. SS. XXII,* 426, 45, *ubi quidem de cessione iuris per*
40 *Hadrianum I. facta, sed nihil de executione illius scribitur; cf. Tholomei Hist. eccles. XIV,* 31; *Muratori l. c. XI,* 983. 4) *Martinus l. c.* 431, 15—25. 5) *c.* 22. 23. 28. *D. LXIII.*

state concessa Petro non videtur imperatori summus pontifex auctoritate[w] preferri et sic sine eius confirmatione vel complacentia debet imperator ex ipsa electione ius administrationis habere. Item ad idem: in quibusdam electis propter nimiam distantiam, ut extra Ytaliam constitutis, administratio conceditur, sicut decretalis dicit[x] Extra de electione c. *Nichil*[1], ergo simili modo videtur debere electo imperatori concedi propter eandem causam. Hec[y] igitur argumenta pro parte ista sufficiant.

Cap. III. Argumenta ad partem negativam, que pro veritate faciunt.

Quod autem iurisdictio imperialis ex[a] summo pontifice dependeat sibique ad executionem offitii post electionem necessaria sit confirmatio pape, sic probari potest. Primo per Ottonem imperatorem, qui iuramentum fidelitatis fecit pape Iohanni, antequam administraret, ut apparet ex verbis, que dicit in c. Decreti per suum procuratorem di. LXIII. c. *Tibi domino*[2]. Quod autem iuramentum[3] fuerit, declarabitur infra[4]. Tales enim[b] solennitates, que in dicto ponuntur capitulo, videntur confirmationem pape supponere[c], ergo ad executionem ministerii[d] requiritur confirmatio. Amplius autem ad idem sic argui potest. Gelasius enim papa scribit Anastasio imperatori monens ex hoc eum, quod posset a sede sua deponi[5], eo quod Arianis videbatur favere, ut ystorie[6] tradunt. Sic ergo scribit eidem, ut habetur in Decreto[7] di. LXXXXVI. c. *Duo*[e]*: Nosti,* inquit[f], *inter hec*[g]*, imperator, ex summi pontificis te*[h] *dependere iuditio, non illum ad tuam posse redigi voluntatem.* Ponuntur autem in dicta distinctione Decreti tres comparationes imperatoris ad papam[8], per quas haberi potest, summum pontificem imperatori preferri et esse superiorem. Dicitur enim ibi[h] sic se habere papam ad ipsum[i] sicut magistrum ad discipulum et sicut patrem ad filium, ut in c. *Quis*

w) auctoritatem conferre *P* 2. 3. x) ut *add.* *P* 2. 3. y) Hec igitur] et hec *P* 2. 3.
Cap. III. a) a *P* 2. 3. b) autem *P* 2. 3. c) requirere *P* 2. 3. d) iurisdiccionis imperii *P* 2. 3. e) Ibi *add.* *P* 2. 3. f) itaque *P* 2. 3 *cum Decreto*. g) hoc *P* 2. 3. h) *om.* *B.* *P* 2. 3. i) imperium *P* 2; imperatorem *P* 3; illum *P* 1.

1) *c.* 44. *X de elect. (I,* 6*)*. 2) *c.* 33. *D. LXIII.* 3) *Scil.*: *'fidelitatis'*. 4) *In c. XXX?.* 5) Recte: *'quod posset excommunicari'*. 6) *Martinus l. c.* 455, 20. 25. 7) *c.* 10. *D. XCVI. textu autem ab auctore variato.* 8) Recte: *'sacerdotum ad reges'*.

dubitet[1], item sicut aurum ad plumbum, ut in c. *Duo sunt*[2], et est comparatio beati Ambrosii. De Valentiniano etiam imperatore scribitur sic dixisse in ystoria tripartita[3] et[k] ponitur in Decreto[4] di. LXIII[l]: *Talem* 5 *vobis,* inquit, *in pontificalem constituite sedem, cui et nos, qui gubernamus imperium, sincere capita nostra submittamus.* Que quidem verba, quamvis dicat imperator[m] de archiepiscopo Mediolanensi, multo magis intelliguntur de summo pontifice Romano, cui plenitudo competit pote- 10 statis, ut prima constitutio[5] Niceni concilii hoc affirmat. Ex quibus omnibus manifeste concluditur, quod auctoritas summi pontificis est maior et ideo imperator ex sua electione administrationem non habet sine confirmatione pape, quia ex superiore dependet. Istud enim 15 soli summo pontifici convenit[n], ut doctores iuris[6] volunt, qui[m], quia superiorem non habet, de[o] ipsa sua electione canonica[m] statim est confirmatus ac plena et libera gaudet iurisdictione pontificali.

Cap. IIII. Probatur hoc idem ex regibus 20 antiquis, quod sola electio non sufficiat ad administrationem imperii.

Preterea, quod non sola electio sufficiat ad administrationem imperii, persuaderi potest ex antiqua consuetudine regum Veteris testamenti, qui per viam 25 electionis fuerunt assumpti, quorum mores nobis sunt imitandi secundum quandam allegoriam, sicut apparet de Saul, qui fuit primus rex in Israhel, ut habetur I. Regum X. c. Samuel enim ex mandato Domini primo elegit et assumpsit Saul, cum esset de genere rusticano, 30 sed non statim administravit, antequam inungeretur et fierent circa ipsum solennitates, quas dignitas regalis exposcit, de qua[a] solennitate per ordinem in preallegato libro et capitulo continetur. Hoc idem de David invenimus, qui primo fuit electus a Domino per eundem

35 k) que *P* 1—3. l) c. Valentinianus. Ibi *add. P* 1—3. m) *om. P* 2. 3. n) conceditur *P* 2. 3. o) de ipsa sua] imperatorem, sed sua canonica *P* 2. 3.
Cap. IIII. a) quibus sollempnitatibus *P* 2. 3.

1) *c.* 9. *D. XCVI.* 2) *Cf. p.* 8 *n.* 7. 3) *Cassiodorius, Hist. tripartita VII,* 8; *Migne, Patrologia latina LXIX,* 1073. 4) *c.* 3. 40 *D. LXIII.* 5) *De qua cf. quae infra p.* 20, *n.* 3 *dicemus.* 6) *Glossa ordin. ad c.* 1. *D. XXIII. 'Et disponendi' (Argentine* 1472*).*

Samuelem prophetam, sed postea a longo tempore administrationem non habuit, antequam circa eum post mortem Saul regalia celebrarentur, de quibus omnibus habes[b] I. Regum XVI*[c]. et[d] II. Regum II**. Hoc idem accidit de Salomone. Cum enim assumptus fuisset in regem ex ordinatione et mandato David patris sui cum* consilio Nathan prophete, multe sollennitates fuerunt facte circa eum, ut patet in III. Regum c. I*. Sed non statim prosecutus est iura regalia, antequam inungeretur per predictum[e] prophetam et alie fierent solennitates, quas requirit magnificentia regalis. Hec autem omnia per ordinem exponere longum esset in hoc opere, quod sub compendio traditur. Duo tamen sunt hic advertenda de ipso circa assumptionem eius in regem, in quibus typum gerit principum, qui exponuntur ad imperii dignitatem. Unum est, quod in ipso non consideratur genealogia carnalis propaginis, quasi ex hoc sibi debeatur tale dominium quodam iure nature, sed magis elegantia morum, strenuitas cordis et fidei rectitudo, que sola sunt apud Deum nobilitas, ut ait Ieronimus[1], ex quibus quis meretur imperium ac merito vices gerit eius, cuius est omne dominium, videlicet Christi, ut infra probabitur[2]. Sic et de Salomone fore scribitur factum. Traditur enim in II. et III. libro Regum, quod Adonias, filius David, inter superstites filios regis primogenitus erat, Salomon autem, quasi ultimus et natus de adultera, scilicet de Bersabee, uxore Urie, quamvis coniuge facta post mortem viri, et tamen spretus est primogenitus et filius adultere rex est constitutus ex mandato prophete. Unde, cum senescente David Adonias fecisset sibi currus et equites ignorante patre, duce populi, videlicet Ioab, sibi convincto, accessit ad regem Bersabee narravitque factum per[f] modum querelle, quia Adonias fecisset convivium et vocasset filios regis, Salomonem vero et matrem eius Bersabee vocare[g] contempsit, quasi abiectioris

*v. 1—13. **v. 4. *v. 33 sqq. 2. *Reg.* 11. 12. 3. *Reg.* 1, 5 sqq.

*) *Pro* cum — circa eum *habet M:* qui prepositus Adonie, maiori filio David, ut iam dicetur, supra mulam regis ascendit.

b) habetur *P* 1—3. c) II. *B; om. M.* d) et — II.] *om. B. P* 1; III. Regum *P* 2. 3. e) dictum *P* 2. 3. f) in *M;* et *P* 1—3. g) *om. B. P* 2. 3.

1) *Epist. CXLVIII,* 21; *Migne l. c. XXII,* 1214. 2) *V. p.* 15.

condictionis in domo regia. Sed, quia, ubi spiritus Domini, ibi libertas et summa nobilitas, eo quod per hoc divine quis[h] efficitur consors nature, Adonias repulsus est a regno, quia se in superbiam erexerat, natus de genere regio ex utroque parente, et ex precepto Domini per Nathan prophetam assumptus est Salomon de adultera genitus, qui ex virtutum claritate amabilis Deo[i] vocatus est, traditus sub disciplina[k] prophete, ut patet II. Regum XII*. Vocatus est etiam Salomon, quod[l] interpretatur pacificus[1] vel umbra virtutis sive ymago fortitudinis[2], ex quibus omnibus meruit electionem divinam. Secundum autem, quod considerari debet in eo, qui vocatur ad imperii celsitudinem[m], est ampliatio divini cultus ac reverentia sacerdotalis. Quod et de Salomone scribitur III. Regum, quia ipse templum construxit in toto orbe famosum[n], ibidem ministros Dei disposuit admirabili ordine ad diversa ministeria sacra, que considerans regina Sabba, que venerat audire sapientiam Salomonis, pre admiratione stupida facta ultra spiritum non habebat, ut habetur III. Regum X. Subditur* autem in eodem capitulo, descripta prius reverentia divini ministerii ac devotione eius, quod magnificatus est rex Salomon super omnes reges terre et universa terra desiderabat audire sapientiam eius. Quanto igitur tempore fuit Deo suo devotus, tanto prosperatum[o] est regnum eius. Sed ex quo cepit adamare mulieres et[g] aversum[p] est cor eius a Deo suo[q], infelicissimus factus est, ut patet in sequenti capitulo eiusdem libri. Posset etiam de aliis hoc idem ostendi, sed ista sufficiant ad probationem intenti.

cf. 2. Cor. 3, 17. — **v. 24 sq.* — *3. Reg. 5.* — *cf. ibid. 10, 5 (?).* — *ibid. v. 1—5.* — *ibid. 10, 23 sq.* — *ibid. 11.*

*) *Pro* Subditur — libri *(l. 28) M:* Ex quibus meruit, ut ibidem concluditur, magnificari rex Salomon super omnes reges terre divitiis, sapientia et honore. Quod et de principibus catholicis accidit, videlicet Constantino, Theodosio et Iustiniano et Karolo Magno, ut historie tradunt et infra dicetur.

h) *om. P* 1—3. i) Domino *M;* Domini *P* 1. 2. k) disciplinis *P* 2. 3. l) qui *P* 1—3. m) hoc *add. P* 2. 3. n) et *add. P* 2. 3. o) ampliatum *P* 2. 3. p) *ita B;* adversum *P* 1—3. q) et *add. B.*

1) *Isidorus, Etymolog. VII,* 6; *Migne l. c. LXXXII,* 279. 2) *Hieronymus, Liber de nomin. Hebr.; Migne l. c. XXIII,* 863. 872.

Cap. V. Determinatio questionis proposite, ad cuius declarationem ostenditur hic, quanta sit auctoritas[a] summi pontificis[b].

Hiis igitur visis et ex adverso collatis diffiniendum[c] est, quid questio principalis contineat veritatis et respondendum est ad ea, que verisimiliter in contrarium opponuntur. Ad cuius evidentiam considerandum est, quod multiplici via ostendi potest, summum pontificem in sua auctoritate sive spirituali sive temporali dominio preeminere cuiuscumque potestati sive dominationi; et quidem de spirituali a nullo sane mentis negatur, quia Petro facta est illa[d] collatio suisque successoribus per illum, in cuius ditione cuncta sunt posita, scilicet Christum, ut patet Mt. XVI*, cum dixit eidem: *Quodcumque ligaveris supra terram* etc. Sed[e] de temporali[f] etiam[g] hoc diversis rationibus ostendi potest et primo quidem ex scriptura Veteris testamenti, cuius actus et opera ecclesia imitatur, quia, quecunque in ea scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut dicit apostolus ad Romanos XV*. Invenimus autem in dicta scriptura sacerdotalem gradum regali dignitati preferri. Et primo quidem apparet de Samuele, qui tamquam summus sacerdos et pontifex in Israel Saul de communi genere, ut dictum est, regem constituit et ipsum propter delictum a regno deposuit et David assumpsit in regem, ut patet I. Regum XV. et[h] XVI. Sic papa Zacharias regem Franchorum deposuit et Pipinum, patrem Karoli magni, regem constituit, ut infra dicetur[1]. Hoc idem et Ioiadas invenitur fecisse IIII. Regum XI, qui Athaliam, que tunc regnabat in Iudea[i], ab exercitu mandavit occidi et Ioas, qui erat de semine regio, regem fecit. Sed, antequam administrationem susciperet, Ioiadas, qui tunc erat summus pontifex[k], dictum Ioas unxit in regem et posuit dyadema super caput eius, per quod, ut imperator vere[l] imitetur[m] antiquos principes Iudeorum, satis in predicto rege ostenditur, que sunt[n] necessaria ad im-

(Marginalia: *v. 19. — *v. 4. — 1. *Reg.* 10. — line numbers 5, 10, 15, 20, 25, 30, 35)

Cap. V. a) auctoritas — pontificis] pape auctoritas per auctoritates veteris testamenti *P* 1. b) et primo hoc ostenditur per pontifices veteris testamenti *add. P* 2. 3. c) diffiniendum est *om. P* 2. 3. d) *om. M;* ista *P* 1—3. e) *ita P* 1; Scilicet *M;* Quod *P* 2. 3; Quod quidem *B.* f) temporalibus *P* 2. 3. g) etiam hoc] et hoc *P* 1; hic *P* 2. 3; eciam *B; om. M.* h) et XVI. *om. B. P* 2. 3. i) Iuda *P* 2. 3. k) sacerdos *P* 1—3. l) *om. B. P* 1—3. m) vere *add. B.* n) sint *M. P* 1—3. 40

1) *c.* 3. *C. XV. qu.* 6; *v. infra p.* 31.

peratorem legittimum, quia [o] coronatio in suis locis secundum ordinationem ecclesie. Non solum hoc [p] apparet in principibus Israelitici generis, sed hoc manifestum est in gentilibus dominis et monarchis. Scribit 5 enim Commestor [1] Alexandrum, regem Macedonum, habuisse in visione de Iado, summo pontifice Iudeorum, ut ipsi tamquam superiori et digniori honorem deferret, propter quod, cum dictus Alexander in Iudeam veniret cum proposito destruendi et humiliandi Iudeos, post 10 dictam visionem in itinere habitam ipso appropinquante Ierusalem Iadus a Deo similiter in visione instructus cum reliquis sacerdotibus in pontificalibus Alexandro extra civitatem occurrit [q]. Qui Alexander, ut ipsum vidit pontificalibus ornatum et [super] [r] cydarim [s] laminam [t], 15 ubi erat scriptum nomen Dei secundum legem antiquam, in fronte pontificis, statim de equo descendit dignissimeque antistitem veneratus est nomenque adoravit divinum. Cum autem principes eius admirarentur, quod imperator fecerat, respondit [u], quod non ipsum adorasset, sed Deum, 20 cuius principatum tenet et vices gerit, et in sompnis pridie Deum in tali habitu conspexisse [v] dixit, qui et iusserat eum de Asya confidere, ad cuius aspiraverat monarchiam. Veniens igitur cum dicto Iado in Ierusalem templum maximis honoravit donis barbaramque contra 25 Iudeos feritatem deponens ipsos ab omni exemit tributo ac libertate [w] donavit, propter quam causam prosperatum est eius imperium. Simile* invenitur de Totila, Vandalorum rege, circa Leonem papam in anno Domini CCCCLI [2], ut habetur ex cronicis [3] summorum pontificum, 30 qui veniens de Urbe et occurens eidem Totile in planitie Lombardie, quam flamma et gladio crudeliter devastabat, ex visione, quam habuit Totila de eodem, ipsum sibi propitium et placatum invenit, ad cuius preces a feritate destitit et de Ytalia recessit. Sed de Pompeio

35 *) *M om.*: Simile — recessit (*l.* 34).

o) *intell.:* scilicet. p) *ita P* 1; hic *M. P* 2. 3; *om. B.* q) occurrerunt *M. P* 2. r) *suppl. e Petri Comestoris Hist. scholast.* s) et *add. M;* cum *add. B.* t) *ita P* 1; lamina *M. B;* legitima *P* 3. u) eis *add. P* 2. 3. v) conspexisse dixit] *ita P* 1; conspexisse *P* 2. 3; se asseruit conspexisse *B;* conspexisset *M.* w) liber-40 tati *P* 1. 3.

1) *Hist. schol. l. Esther c.* 4; *Migne, l. c. CXCVIII,* 1496 *sq.* 2) *Recte* 452. 3) *Martinus l. c.* 418, 40. 45; *cf. praef. nostr.* § 2.

ab eodem scribitur Commestore[1] contrarium. Quia enim, cum intrasset Ierusalem, non exibuit templo et summo sacerdoti reverentiam debitam, sed de porticibus templi stabulum fecit, cum prius in bellis semper victoriosus foret, postmodum ab hostibus semper occubuit. Non* solum autem hoc invenimus de principibus ethnicis ac Veteris testamenti, quod ex ipsorum reverentia ad Deum meruerunt in dominio prosperari et in actu contrario, hoc est in malitia, deprimi, sed et de nostris Christianis idem reperimus contigisse. Tres enim principes sive imperatores catholicos tradunt ystorie[2] victoriosos super alios et gloriosos fuisse et in pace quievisse et[x] senectute bona, quia Deo fuerunt devoti et ecclesie subiecti. Primus fuit Constantinus, qui quantum ampliavit et magnificavit ecclesiam, satis est manifestum, et si quis vult amplius certiorari[y], legat illa duo capitula Decreti[3] superius allegata in secundo capitulo, item gesta beati Silvestri[4]. Fertur etiam ex intimo affectu, quem gerebat ad ecclesiasticos viros propter fidei devotionem, sic dixisse, ut scribit Nicholaus papa Lodovico imperatori et habetur in eadem distinctione Decreti c. *In scripturis*[5]*: Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei aut aliquem eorum, qui in monachico*[z] *habitu circumadmicti sunt, peccantem, clamidem explicarem*[a] *et cohoperirem eundem, ne ab aliquo videretur.* Secundus fuit Iustinianus, qui ecclesiam sancte Sophie in Constantinopoli construxit, legibus sacris[6] et sumptibus amplissimis[b] fidem catholicam fovit, propter quod victoriosissimus fuit, ut ex titulo, qui sibi ascribitur ex gentibus et provinciis, quas suo subiecit imperio, est manifestum. Tertius fuit Karolus, ut infra patebit[7] et ex Gestis Franchorum[8] apparet. Sed econtra fuerunt

cf. Gen. 15, 15 etc.

*) *M om.:* Non — dicetur *(p.* 15, *l.* 4*).*

x) in *P* 1—3. y) certificari *P* 2. 3. z) *ita B;* monastico *P* 1. 2; manifesto *P* 3. a) *ita P* 1; plicarem *B.* P 2. 3. b) et firmis *add. P* 2. 3.

1) *Hist. schol. libri II. Machab., c.* 9; *Migne l. c. CXCVIII,* 1529 *B.* 2) *De Constantino cf. Paulus Orosius, Histor. VII,* 28; *ed. Zangemeister (Vindobonae* 1888*), p.* 500 *sqq.; cf. etiam infra p.* 25, *n.* 2; *de Iustiniano: Paulus diaconus, Hist. Langobardorum I,* 25; *MG. SS. rer. Langobard. p.* 62 *sq. et Martinus l. c.* 456, 15; *de Karolo Magno v. infra n.* 8. 3) *c.* 13. 14. *D. XCVI; v. supra p.* 6. 4) *Quae allegat decretum n.* 3. *citatum; cf. Duchesne, Le Liber pontificalis (Paris.* 1886*), p. CIX sqq.* 5) *c.* 8. *D. XCVI.* 6) *V. infra p.* 22, *n.* 2. 3. 7) *In c. XII.* 8) *Verisimiliter intelligendae sunt*

alii tres persecutores ecclesie, qui omnes mala morte interierunt[c]. Primus fuit Iulianus apostata, secundus Otto quartus, tertius Fredericus secundus, de quibus infra[1] dicetur. Amplius hoc idem ostendi potest ex ipso 5 statuto divino revelato Ieremie prophete, qui, de se loquens tamquam in persona Domini et quasi summi sacerdotis gerenti[d] offitium, contra reges et principes Iudeorum negligenter gubernantes predictum populum: *Ecce,* inquit, *constitui te super gentes et regna, ut evellas* *Ier.* 1, 10. 10 *et dissipes et hedifices et plantes* etc.[e], que introducuntur[f] in[g] decretali Extra de maioritate et obedientia c. *Solite*[2], in quo verbo manifesta est plenitudo potestatis sacerdotalis, ut ibidem optime declaratur.

Cap. VI. Declaratio eiusdem potestatis 15 ad propositum ostendendum principalis questionis per scripturam Novi testamenti.

Veniam autem ad scripturam Novi testamenti, ubi incipiendum est a capite Christo, a quo est omnis motus et sensus spiritualis actionis in corpore mistico, sicut 20 Io. I. dicitur, quod de plenitudine eius nos omnes accipimus, sed et corporalis, quia portat omnia verbo virtutis sue, Heb. I*, et, Io. I**, omnia per ipsum facta sunt, **v. 3. **v. 3.* ex quo quidem duplici motu sibi convenit rex et sacerdos nominari, et hec duo proprie et per se sibi conveniunt, 25 ceteris autem creaturis per participationem, et dignitas quidem sacerdotalis sibi per se et proprie convenit ratione meriti, id est ratione sue sanctitatis, quia ipse solus est, qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore eius, I. Petr. II*, unde et sanctus sanctorum voca- **v. 22.* 30 tur, Dan. IX*. Item sibi proprie regalis dignitas com- **v. 24.* petit[a] ratione virtualis principii, unde et virtus Dei vocatur ab apostolo I. ad Cor. I*, quia, sicut virtus in re **v. 24.* creata est primum, quod emanat a principio rei, ita in divinis exordium emanationis est filius Dei, unde Sap. VII*. **v. 25.*

35 c) interempti sunt (fuere) *P* 2. 3. d) *ita M;* gerentis *P* 1—3; gerens *B.* e) *om. P* 2. 3. f) dicuntur *P* 2; habentur *P* 3. g) in decretali *om. P* 2. 3. Cap. VI. a) convenit *M;* debetur *B.*

(cf. Tholomeus, Hist. eccl. XIV, 26*; Muratori, SS. rer. Ital. XI,* 980*) Aimoini Historia Francorum (Paris.* 1567*) et Einhardi Vita Karoli* 40 *Magni (ed. G. Waitz). Cf. etiam quae disseruit B. Schmeidler, 'Neues Archiv' XXXIII,* 300*, n.* 2. 1) *V. p.* 31. 2) § 3. *c.* 6. *X de ma. et obe. (I,* 33*).*

de divina sapientia dicitur, que filio Dei appropriatur [1], quod est quedam emanatio claritatis [b] omnipotentis Dei sincera, et [c] hoc dignitati regali propriissime convenit, quia ista proprietas precipue in regnantibus queritur, eo quod per claritatem sapientie quis dirigitur in agendis, 5 quia, si cecus ceco ducatum prestet, ambo in foveam cadunt, Mt.* XV*, et: *Ve terre, cuius rex puer est!* dicit Salomon, Ecc. X*. Amplius autem hunc modum dignitatis regalis sibi apostolus Phy. IIII. attribuit ex merito sue passionis et humiliationis, unde cum dixit: *Humiliavit semetipsum factus obbediens usque ad mortem,* statim subdit: *Propter quod et Deus exaltavit illum et donavit illi nomen* (id est dignitatem et auctoritatem), *quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium et infernorum.* Quod quidem premium sibi datur secundum quandam equalitatem iustitie, ut ex humiliatione [d] mereatur exaltationem, secundum [e] Augustinum [2], sicut ex superbia [f] sive [g] exaltatione meretur quis humiliationem, ut Dominus dicit Luc. XVIII*: *Omnis qui se exaltat humiliabitur* etc. Ex hac ergo triplici causa scilicet, quia virtus Dei, cui omnis subcernitur [h] virtus, ut Augustinus [3] dicit IIII. super Gen., et quia sapientia Dei, que in gubernando attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter, ut dicitur Sap. VI, et iterum tertio, quia ratione sue mortis et humiliationis [i] meruit exaltationem [k], dicit ipse Christus Mt. ultimo: *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra.* Ex quibus omnibus evidenter apparet, quod Christus habuit dignitatem sacerdotalem et regalem in summo gradu, a quo fluit [l] omnis dignitas et auctoritas supradicta. In cuius signum, ut dicit Commestor [4], in die sue nativitatis templum pacis hedificatum a [m] primo

(Marginalia: *v. 14. — *v. 16. — Philip. 2, 8 sqq. — *v. 14. — Sap. 8, 1. — Matth. 28, 18.)

*) *Pro:* Mt. XV. *scribit* P2: ut Extra de etate et qualitate preficiendorum c. *Cum sit* [5].

b) deitatis *P* 1. 2; divinitatis *P* 3. c) ex *add.* *P* 1. 2. d) humilitate *P* 1—3. e) secundum Augustinum] secundum augmentum *P* 1; et augmentum *P* 2. 3. f) superbie *P* 3; superba *P* 1. 2. g) sui *M. P* 1; sue *P* 3; *om.* *P* 2. h) substernitur *P* 2. 3; substituitur *P* 1. i) humilitatis *P* 2. 3. k) unde *add.* *P* 1—3. l) fuit *M. P* 2. 3. m) a primo] ab ipso *M. P* 2. 3.

1) *Thomas l. c. I. qu.* 32, 1. *ad* 1. 2) *De civitate Dei XIV,* 13, 1; *Migne l. c. XLI,* 421. 3) *Fortasse: Super Genesim IV,* 3. 4; *Migne l. c. XXXIV,* 299. 4) *Hist. schol. In evangelia c. V. additio; Migne l. c. CXCVIII,* 1540. 5) *c.* 14. *X de etate et qual. (I,* 14*).*

domino Urbis ibidem corruit et[n] Cesar Augustus prohibuit, ne quis eum dominum vocaret. Causa autem assignatur ab Orosio[o. 1] et Innocentio III[2], quia eodem[p] die in meridie, cum dictus Cesar in secreto sui cubiculi
5 diligenter a Sibilla[3] Tyburtina perquireret de cultu divino et quis verus Deus esset in hoc mundo, cum dicta Sybilla oraculo se dedisset, apparuit circa solem circulus et in medio circuli virgo pulcherrima puerum gestans in gremio. Tunc Sybilla: *Respice,* inquit, *im-*
10 *perator!* Cum autem Cesar stuperet ad visionem predictam, audivit vocem de celo dicentem: *Hec est ara celi,* dixitque ei Sybilla: *Hic puer maior te est, ideo ipsum adora.* Quod et fecit. Et tunc[q] more veteranorum[r] Urbis, de quibus infra[4] dicetur, precepit, ne quis
15 eum, ut dictum est, adoraret vel dominum vocaret. Unde adhuc locus ille vocatur Sancta Maria in Araceli, quia postmodum ob reverentiam virginis fuit ibi ecclesia dedicata. Concludi ergo ex premissis potest, quod, quia Christus, ut dictum est, in dominio primatum tenuit
20 primo proprie et per se, ipse solus habeat plenitudinem[s] auctoritatis et alteri[t] communicare possit, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis. In hoc ergo, quod Petro dixit: *Quodcumque ligaveris super terram* etc., apparet plenaria iurisdictio spiritualis et temporalis eiusdem,
25 quia, ut dicit decretalis Innocentii III. et habetur Extra de maioritate et obbedientia c. *Solite: Qui*[u] *omne dicit, nichil excludit*[5]. Si ergo tota iurisdictio concessa est vicario Christi, apparet, quod imperiale dominium dependet a papa. Non ergo sola electio administrationem
30 dabit eidem. Hinc est, quod per Innocentium IIII.[6] scribitur Frederico, quod, cum imperator coronam recipit a summo pontifice, simul recipit et ensem in vagina, sed imperator tunc ipsam evaginat et vibrat ad insinuandum suum ministerium a papa procedere et executionis
35 offitium post coronam, quem ensem Petrus accepit a

n) *om. M. P* 1—3. o) Ambrosio *P* 2. 3. p) eadem *P* 1—3. q) extunc *P* 1—3. r) Romane *P* 1. 2; *om. P* 3. s) potestatis et *add. P* 2. 3. t) alteri — possit] Cesari eo mutare posset *P* 2. 3. u) enim *add. P* 2. 3.

1) *Hist. eccl. VI,* 22; *ed. Zangemeister p.* 427 *sq.* 2) *Sermo II.*
40 *in nativitate Domini; Migne l. c. CCXVII,* 457 *C.* 3) *Cf. Mirabilia Rome ed. G. Parthey* (1869), *p.* 33 *sq. et Gotifredi Viterbiensis Speculum regum; MG. SS. XXII,* 69. 4) *V. p.* 46. 5) § 6. *c.* 6. *X de ma. et obe. (I,* 33*).* 6) *Cf. Winkelmann, Acta imperii inedita II,* 698, 40.

Christo, cum dixit: *Converte gladium in locum suum;* *v. 52. Mt. XXVI*, ubi Innocentius[1] notat, quod non dixit: *Abice,* sed: *Converte,* ad designandum, quod ecclesia, quando voluerit, dicto gladio possit uti, quod est sententia Augustini[2] contra Faustum, ubi dicta verba pertractat. 5

Cap. VII. Ratio quedam naturalis ad idem propositum ostendendum[a].

Amplius ad idem[b] sic via quadam naturali probari potest. Manifestum est enim corporalia ex spiritualibus 10 dependere sicut corpus ex anima, quia nec motum habet nec operationem nisi ex anima, unde corpus est organum anime ad operandum, ut phylosophi[3] tradunt. Sicut ergo se habet anima ad corpus, sic et spiritualia ad corporalia. Sed anima utitur corpore ut instrumento, 15 ergo, cum summus pontifex ad imperatorem ratione sui offitii sic se habeat sicut[c] spirituale ad corporale[d], sicut supra allegata capitula[4] Decreti Nicholai et Gelasii dicunt, summus anthistes utitur imperatoris offitio ut instrumento[5] ad sui videlicet et ecclesie defensionem, 20 sicut scribit Bonifatius papa Honorio imperatori et Honorius sibi, ut patet in c. Decreti di. LXXXXVII. c. *Ecclesie mee*[6] et c. *Victor,* et Otto imperator confitetur hoc idem Iohanni pape[e] di. LXIII. c. *Tibi domino*[7]. Hoc etiam manifeste[f] videmus in universalibus mundi 25 causis, ut in motoribus orbium, sicut sunt substantie separate sive angeli[8], quia[g] maioris sunt virtutis quam orbes et nobilioris nature, quanto[h] movens[i] excellentius moto et[k] sicut agens melius patiente et actus nobilior potentia, ut probat phylosophus[9] in IX. Methaphysice 30 et beatus Augustinus[10] super Genesim ad litteram. Unde

Cap. VII. a) *om.* *P* 2. 3. b) idem sic] ostendendum *P* 2. 3. c) ut *P* 1—3. d) temporale *M.* *P* 2. 3. e) ut *add.* *P* 2. 3. f) maxime *P* 2. 3; *om.* *P* 1. g) quod *B;* qui *P* 1—3. h) sicut *M;* et *P* 2. 3. i) est *add.* *P* 2. 3. k) *om.* *B.* *P* 2. 3.

1) *Ibidem* 698, 32 *sq.* 2) *Contra Faustum XXII,* 77; *Migne l. c.* 35 *XLII,* 450. 3) *Aristoteles, De anima I,* 3; *ed. Firmin-Didot III,* 438, 42 *et eiusdem Mor. Eudemiorum VII,* 9. 10; *l. c. II,* 230, 7 *sqq.* 231, 12 *sq.* 4) *cc.* 8 *et* 6. *D. XCVI; v. supra p.* 5 *et* 8. 5) *De quo nihil scribitur in canonibus in sequenti allegatis.* 6) c. 1. 2. *D. XCVII.* 7) *c.* 33. *D. LXIII.* 8) *Cf. Thomas Aquinas, De sub-* 40 *stantiis separatis seu de angelorum natura. Opuscul. XV (Venetiis* 1497*).* 9) *Aristoteles, Metaphysicorum VIII,* 9; *ed. Firmin-Didot II,* 572, 1. 10) *Super Genesim VII,* 19; *Migne l. c. XXXIV,* 364.

et phylosophi, qui posuerunt animam mundi, ipsam dixerunt esse eminentioris nature omni re corporea[l], ut Plato[1] tradidit in Thymeo. Quod quidem si esset verum, satis congrue adaptari posset ad summum pontificem, quod sit anima mundi, a quo est omnis motus et sensus et[m] spiritualis operatio vite, ut ex iam dictis[2] patet de verbo Domini ad beatum Petrum. Sed beatus Augustinus[3] istam positionem[n] reprobat in libro Retractationum dicens ipsam esse[o] temerariam, quod quidem verum est, quia rudibus amminiculum prebet erroris. Sed melius loco huius anime ponimus[p] Deum, cuius potentia efficienter omnia gubernantur, quia portat universa verbo virtutis sue, Hebre I*. Quod quidem facit mediantibus angelis, qui sunt spirituales substantie, ut tradit idem doctor[4] in III.[q] de Trinitate *). Hic autem modus gubernandi et movendi orbem ad summum pontificem magis apte[r] refertur, tum ex parte prime cause sive Dei, cuius vices gerit in terris, tum ex parte sanctorum[s] spirituum, quibus mediantibus mundum regit, cuius typum representant offitiales ecclesie[t] sive[u] ecclesiastici et mundi principes secundum diversorum graduum dignitates[v], per quos summus pontifex actus ierarcicos ad salutem fidelium administrat, ut sic ecclesiastica ierarchia congrue et perfecte immitetur celestem. Per quod argumentum concluditur, quod iurisdictio imperatoris ex virtute et auctoritate pendet[w] summi pontificis.

*v. 3.

Cap. VIII. Ostenditur hic ex iure positivo auctoritas summi pontificis roborata per[a] principes principali[b] subiectione.

Non solum ex scriptura Veteris et Novi testamenti potest ostendi, sed ex sanctissimis conciliis religiosissimorum[c] patrum[d] per illustrissimos principes roboratis[e],

*) *M add.:* et beatus Gregorius[5] quarto Dyalogorum.

l) creata *P* 1. 2; creatura *P* 3. m) ac *P* 1. 2. n) philosophiam *B*; questionem *P* 2. 3. o) *om. P* 1—3. p) ponamus *P* 2. 3. q) IIII. *P* 2. 3. r) aperte *M. P* 2. 3. s) bonorum *P* 2. 3. t) ecclesie sive *om. P* 1. u) sive ecclesiastici *om. M. P* 2. 3. v) dignitatem *B. P* 2. 3. w) dependet *M. P* 2. 3; *om. B.*

Cap. VIII. a) per — subiectione] ex eorum subieccione presenciali *P* 2. 3. b) presentiali *M.* c) religiosorum *P* 2. 3. d) et *add. P* 2. 3. e) *ita P* 1; *om. cett.*

1) *Opera ed. Firmin-Didot II,* 207, 35. 2) *In c. VI.* 3) *Retractationum I,* 5, 3; *Migne l. c. XXXII,* 591. 4) *De trinitate III,* 4; *Migne l. c. XLII,* 873. 5) *Dialogorum IV,* 1; *Migne l. c. LXXVII,* 317.

qui eisdem conciliis se subiecerunt et precipue ex quatuor, que quasi quatuor evangelia ab ecclesia sunt autenticata ut c. *Gregorius*[1] dicit di. XV: *Sicut*, inquit, *sancti evangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere et venerari me fateor.* Prima[2] quidem synodus fuit Nicena CCCXVIII episcoporum presente Constantino et consentiente ac se subiciente[f], quod per eos fiebat*. In qua quidem synodo prima constitutio[3] fuit talis: *Cum venisset sanctum et magnum concilium apud Niceam Bithinie urbem, hoc est CCCXVIII episcoporum, mediante gloriose memorie Constantino inperatore, placuit, ut omnia, que constituta sunt ibidem, mittantur ad papam urbis Rome Silvestrum,* qui ex certa causa concilio non interfuit, ab ipso probanda et si probanda sine dubio confirmanda. Secunda synodus celebrata fuit in Constantinopoli CL patrum** presente Theodosio seniore et sub Damaso papa. Tertia synodus fuit Ephesina roborata per Theodosium iuniorem, filium Archadii imperatoris, per eiusdem submissionem, CC[g] episcoporum sub Celestino primo papa. Quarta[h] fuit Calcedonensis DCXXX[i] episcoporum, approbata per Martianum principem per eundem modum se eisdem subiciendo ut alii predecessores, sub Leone papa primo. Unde in sexta actione dicti concilii sic dicitur ab ipso: *Nos ad fidem firmandam, non ad potentiam ostendendam exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse volumus.* Que verba in Decreto sunt di. LXXXXVI. c. *Nos ad*[k] *fidem*[4]. In dicta etiam synodo quasi in principio[5] continetur, qualiter confirmat et approbat acta per Nicenam, et hoc idem[l] fecerunt due intermedie, videlicet Constantinopolitana et Ephesina[6].

*) *M add.:* Anno Domini CCCX[7].
**) *M add.:* Anno Domini CCCLXXXII[8].

f) ei *add. M. P* 2. 3. g) *ita M. B;* CCIX *P* 1—3. h) synodus *add. M. P* 2. 3. i) CCXXX *M. P* 2; CCCXXX *P* 3. k) ad fidem] confirmandam *add. P* 2. 3 quidem *M. B.* l) idem — intermedie] fecit de duabus mediis *P* 2. 3.

1) *c.* 2. *D. XV.* 2) *Auctor in sequentibus secutus est cc.* 1. *D. XV. et* 9. 10. *D. XVI et acta ipsa conciliorum (v. n.* 3. 5. 6*), ubi autem nusquam legitur de 'subiectione' imperatorum.* 3) *Quae re vera praefatiuncula quaedam est in nonnullis codicibus concilio Nicaeno praemissa; v. Mansi, Coll. concil. II (Florentiae* 1759*),* 685*a. et* 665 *sq.; cf. Maassen, 'Gesch. der Quellen und der Literatur des canon. Rechts' I* (1870), 41 *sq.* 4) *c.* 2. *D. XCVI.* 5) *Mansi l. c. VI* (1761), 651. 6) *Ibid. III* (1759), 558. *et IV* (1760), 1343. 7) *Recte:* 325. 8) 381.

In prima etiam, scilicet Nicena, continetur preter constitutionem iam dictam sic[m]: *Ecclesia Romana semper habuit primatum*[1], semperque eum habere debet. Item in tertia constitutione[2] eius omnes causas omniaque iuditia dicta synodus episcopo Romano discutienda diffiniendaque committit[n]. Hec autem omnia, que dicta sunt de quattuor conciliis, partim ex ipsis, partim ex decreto Ysidori di. XV. c. *Canones*[3], partim ex cronicis[4] haberi possunt. Si[o] ergo ista concilia plenariam dant auctoritatem et[p] potestatem episcopo Romano et per Constantinum imperio ceditur occidentali, ut iam patet ex allegato decreto[5], item per se ipsum approbat in Niceno concilio se eidem supponendo per reverentiam debitam et alii principes prefati hoc[q] idem in conciliis sequentibus per suum assensum — prebent quantum in eis est roboris firmitatem —, manifestum est ex hiis, quod plena est iurisdictio pape, a cuius iuditio omnis iurisdictio dependet[r] sive regalis sive imperialis, precipue considerata cessione Constantini, quam fecit, et inspecta electione per summum pontificem ordinata, ut infra patebit[6], ex qua et[s] ab ipso dependet[t]; et in electione quedam requiruntur per relationem ad papam, sine quibus verus imperator dici non potest.

Cap. IX. Ostenditur idem de[a] Iustiniano imperatore[b], de quo est specialis ratio, ideo de ipso per se agitur.

Preter hec autem quatuor concilia celebratum fuit concilium Constantinopoli[7] tempore Iustiniani principis

m) quod *P* 2. 3. n) commisit *P* 1—3. o) Sic *P* 2. 3. p) et potestatem *om.* *P* 2. 3. q) hoc idem *om.* *P* 2. 3. r) pendet *M.* *P* 1. 2. s) *om.* *P* 2. 3. t) pendet *P* 2. 3.
Cap. IX. a) ex *P* 2. 3. b) principe *P* 2. 3.

1) *Hanc versionem solus praebet codex Rom. Vat. Reg.* 1997 *(in VI. titulo); cf. Maassen l. c.* 16 *sqq. Qui codex olim erat ecclesiae Theatinae, qua de causa Maassen redactionem in eo scriptam Theatinam appellat. Apparet auctorem hoc codice aut alio nunc deperdito, qui eandem praebebat versionem, usum fuisse. Ediderunt eam Ballerinii, Opera S. Leonis M., III (Venetiis* 1757*),* 566 *sqq.* 2) *Hac 'tertia constitutione' auctor sine dubio significat canon. III. synodi Sardicensis ('Si autem quis episcopus'). In codice Theatino (v. n.* 1*) canones Sardicenses Nicenis iuncti sunt. Auctor itaque putavit illum canonem esse Niceni concilii. Ballerinii l. c.* 515. 3) *c.* 1. *D. XV.* 4) *Rufinus, Hist. eccles. I,* 6; *Migne l. c. XXI,* 472 *sqq., ubi canones Niceni inveniuntur.* 5) *c.* 13. 14. *D. XCVI.* 6) *V. p.* 29. 7) *Cf. c.* 9. *D. XVI.*

sub Iulio* papa**, quod quidem concilium per dictum imperatorem approbatum fuit, quantum sui[c] intererat, secundum modum prefatum, ut apparet in epistola[1], quam de dicto concilio per totum orbem direxit, unde dictus princeps in suis legibus, cum summus fuerit ad 5 eas ordinandas, iurisdictioni ecclesie se suasque subiecit leges[2] et in eisdem speciales composuit titulos[3] in favorem ecclesiastice libertatis, que et sapientibus satis patent, propter quod et de ipso ad tanti principis commendationem speciales decretales faciunt mentionem, 10 quod leges non dedignantur sacros canones immitari[4], ut patet*** Extra de iuramento calumnie c. 1[5]; item de iudiciis c. *Clerici*[6]; item de novi operis nuntiatione c. 1[7]; item per c. Gregorii II. q. III. *Euthemium*† in fine[8]. Si ergo leges canonibus non contradicunt, sed 15 immitantur, eorum sententia prevalet. Canones autem dicti ista de summo pontifice asserunt, quoniam ipse est iudex omnium, etiam si non appellaretur[d] ad ipsum, ut patet[e] IX. q. III. c. *Conquestus*[9] et Extra de maioritate et obedientia c. *Solite*[10] et de iudiciis c. *Novit*[11]. 20 Item sic debet reputari eius sententia tamquam ab ore Dei vel beati Petri esset prolata, ut patet di. XIX. quasi per totam[12] et hoc ibidem confiteri videtur Karolus

*) *M corr.* Vigilio.
**) *M add.:* Anno Domini DXXVI[13]. 25
***) *Pro* patet — item de novi *praebent P* 2. 3: ut in Aut(entico): Ut clerici apud proprios episcopos conve(niantur)[14] § *Plurime* et Extra de novi.
†) *Post* Euthemium *add. P* 1: § *Hinc collige* et § *Sed idem Stefanus.* 30

c) sua *P* 1—3. d) appelletur *M. P* 2. 3. e) *om. P* 2. 3.

1) *Approbatio Constantinopolitani concilii per imperatorem facta non exstat; cf. Hefele, 'Conciliengeschichte' II*[2] (1875), 903, *sed verisimiliter auctor significat edictum adversus tria capitula; Mansi l. c. IX* (1763), 538 *sqq. Cf. Tholomei Hist. eccles. X,* 2; *Muratori l. c.* 895. 35
2) *Significat Nov. LXXXIII (LXXXIV), c.* 1. 3) *Cf. praecipue Nov. CXXXI (CXX), ubi agitur etiam de quattuor conciliis generalibus.*
4) *Quae verba deprompta ex Nov. LXXXIII. c.* 1. *in canonibus in sequenti citatis saepius allegantur.* 5) *c.* 1. *X de iur. cal. (II,* 7*).*
6) *c.* 8. *X de iud. (II,* 1*).* 7) *c.* 1. *X de novi operis nuntiat. (V,* 32*).* 40
8) *Recte: Eufemium (c.* 7. *C. II. qu.* 3*).* 9) *c.* 8. *C. IX. qu.* 3.
10) *c.* 6. *X de ma. et obe. (I,* 33*).* 11) *c.* 13. *X de iud. (II,* 1*).*
12) *Cf. c.* 2. *D. XIX.* 13) *Recte:* 553. 14) *Cf. n.* 2.

imperator c. II [1]. Item non licet appellare [f] a sua sententia, quia superior [g], XVII [h]. q. IIII. c. *Nemini* [2] et IX. q. III. c. *Cuncta* [3]. Item ipse est, qui superiorem non habet ut Extra de electione c. *Licet* [4]. Item ipse 5 est, qui vicem Dei gerit in terris, ut Extra de translatione c. *Quanto* [5].

Cap. X. Conclusio [a] principalis intenti de iurisdictione imperii, quid sit inde [b] tenendum.

10 Ex quibus iam dictis argumentationibus * pro veritate superius inductis et exemplis principum veteris testamenti, quorum gesta sunt nobis in actionibus tamquam speculum ab infallibili divina providentia ordinatum [c], quoniam, ut ait apostolus 1. Cor. X.*, *omnia illis* *v. 11. 15 *in figura contingebant, scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines seculorum devenerunt,* rursus consideratis actibus principum ethnicorum iam pretactis erga [d] dignitatem summorum pontificum preteriti temporis nec non ex delatione reverentie illustrissimorum 20 ac dignissimorum imperatorum catholice fidei, ut ex dictis apparet et infra [6] liquebit clarius, item ex decretis et conciliis sanctorum patrum, quibus tamquam divinitus illustratis [e] se mundi principes subiecerunt, manifesta est et plena auctoritas pape, et ex hoc etiam liquido apparet 25 imperialem iurisdictionem sine eius potestate et assensu non habere vigorem et, ut concludatur principale intentum, manifestum est, per solam eius [f] electionem, nisi aliud sequatur, nullum ius administrationis [g] quesitum nisi forte in regno Teutonie [h], in quo ius electo acqui- 30 ritur sive ex longa consuetudine, cui standum est, ubi contrarium non reperiatur lege sanccitum, quia tunc

*) *M om.* argumentationibus — subiecerunt *(l. 23).*

f) appellari *P* 2. 3. g) ut *add. P* 2. 3. h) XVII.—III. c.] XVII. qu. III. c. *B. P* 2; IX. qu. III. *P* 3.
35 Cap. X. a) *Lemma om. M;* Quid super iurisdictione imperii sit tenendum *P* 1. b) *add. P* 3; *om. B. P* 2. c) *om. P* 2. 3. d) circa *P* 3; contra *P* 1. 2. e) illustrati *B.* f) *scil.* imperatoris, *sicut scribit cod. Brem.* g) sibi *add. P* 1—3. h) Theotonicorum *P* 3; Teutunicorum *P* 2; Theotunico *M.*

1) *Recte: c.* 3. *D. XIX.* 2) *c.* 30. *C. XVII. qu.* 4. 3) *c.* 17. 40 *C. IX. qu.* 3. 4) *c.* 6. *X de elect. (I, 6).* 5) *c.* 3. *X de translat. (I, 7).* 6) *V. infra p.* 25 *sqq.*

pro statuto suscipitur, ut dicit* c. di. I. *Consuetudo*[1], vel forte ex ipsa ordinatione principum dicte provincie, cui se tamquam in re propria possunt subicere, quod de aliis partibus eis[i]** non convenit ordinare multis causis et rationibus, quas describere longum esset. Sic[k] enim in alienam messem falcem mitterent, quod divino iure invenitur prohibitum, ut dicit c. Gregorii[2] VI. q. III. c. 1***.

Cf. Deut. 23, 25.

*) dicit — consuetudo] Extra de consuetudine c. ultimo[3] *P* 3.
**) eis] imperii ut de Ytalie regionibus *M.*
***) *M. P* 2. 3. *add.:* Unde post electionem factam legitime ulterius electus nomen regis sortitur, sed futurus imperator dicitur[l], ut expresse dicit decretalis Innocencii III. Extra de electione c. *Venerabilem*[4] et[m] ibi patet et[n] XXIII. di. *In nomine Domini*[5]. Et hoc idem in apologetico Innocencii IIII. ad Fredericum imperatorem[6].

Cap. XI. Ratio, unde provenit[a] obscuritas questionis circa iurisdictionem imperii.

Hiis igitur visis, que pertinent ad substantiam questionis, videndum est ulterius, unde in dicta questione dubietatis materia ortum habuit. Hoc enim contingit[b] in rebus, quod[c] obscuritatem[d] habent in quirendo veritatem propter varietatem eius, sicut rabbi Moyses[7] ostendit de Creatione mundi. Simile est de imperatoribus, quorum conditio variata est multipliciter a tempore Constantini, et ideo ex hac parte dubietatem facit. Nam tempore Constantini eligebantur imperatores antiquo more sive a populo sive a senatu sive ab exercitu et aliquando de genere, aliquando non, ut manifeste apparet de multis, et iste modus retentus est in Constantinopoli, que sedes erat et caput imperii sicut antiquitus Roma. Qui qui-

i) *om. P* 2. 3. k) Sic enim] quia *P* 2. 3. l) *om. M. P* 2. m) et ibi] et infra *M;* ubi *P* 2. n) et — *Domini om. M. P* 2.

Cap. XI. a) venit *P* 2. 3. b) congruit *P* 3; convenit *M. P* 2. c) que *M. P* 2. 3. d) contrarietatem *P* 2. 3.

1) *c.* 5. *D. I.* 2) *c.* 1. *C. VI. qu.* 3. 3) *c.* 11. *X de consuetud. (I,* 4*).* 4) *c.* 34. *X de elect. (I,* 6*).* 5) § 4. *c.* 1. *D. XXIII.* 6) *Winkelmann, Acta imperii inedita II,* 699, 25 *sqq.* 7) *Moses Maimonides, Dux seu director dubitantium seu perplexorum (Paris.* 1520*), II,* 14; *fol.* 46'.

dem modus servatus est usque ad tempora Michaelis imperatoris et Karoli Magni, quod[e] fuit fere spatium quingentorum annorum. Constantinus enim, quando cessit imperio occidentali, ut decretum[1] dicit preallegatum* et
5 Richardus[2] narrat in cronicis, quandam urbem** Trachie sibi ellegit, que Bizantium vocabatur[f], quam Rome potentia et meritis choequavit ibique sedem suam constituit. Unde dictus inperator nichil de imperio occidentali ulterius se ingessit nec sui successores debent facere
10 nisi ad defensionem ecclesie, et si alio modo, hoc fuit[g] usurpative[h], sicut Constantinus Arrianus[3] et Iulianus Apostata et quidam alii, de quibus non est dicendum ad presens. Sed secundum veritatem imperator nomen habebat ab imperio orientali[i], occidentali pape dimisso,
15 hoc solo eis[k] reservato, quod in casibus veniebant[l] aliquando Romam in succursum ecclesie. Unde et[m] Iustinianus predictus advenientibus Gothis Romam et Urbem et[n] ecclesiam graviter infestantibus misit Bellisarium, nobilissimum[o] principem ac patritium, ad subveniendum
20 summo pontifici et Rome. Ex cuius adventu expulsi sunt Gothi de tota Ytalia, ut ex ystoria Longobardorum[4] habetur. Per eundem modum Longobardis ecclesiam gravantibus, cum imperium Constantinopolitanum iam pene deficeret, advocatus[p] Karolus Magnus[5] rex
25 Franchorum ab ecclesia tempore Adriani et Leonis successoris eius, cui per Longobardos et Romanos iniquos

*) *P* 1 *add.:* Constantinus et alia que sunt XCVI. di. per totam.

**) urbem] *add.* *P* 3: scilicet Constantinopolitanam, que
30 dicta est Bisancium, quia in provincia Bisancie edificata fuit, ut in preallegato c. *Constantinus* iuxta finem et notatur XXIII. di. *De Constantinopolitana*[6].

e) et *P* 2. 3. f) vocatur *P* 2. 3. g) faciant *P* 2. 3. h) fuit *add.* *P* 1; fit *add.* *P* 2. 3. i) et *add.* *P* 2. 3. k) ei *P* 2. 3. l) veniebat *P* 2. 3. m) *om.*
35 *P* 2. 3. n) et ecclesiam] Romam *P* 2. 3; Romanam *add.* *P* 1. o) nobilem *P* 2. 3. p) vocatus *P* 2. 3.

1) *c.* 13. 14. *D. XCVI.* 2) *Chronicon Richardi Cluniacensis in hisce partibus non typis expressum est; in codice Bernensi bibl. publ. nr.* 575. *s. XIV. leguntur haec fol.* 38. 3) *Recte: Constan-*
40 *tius II.* 4) *Paulus diaconus, Hist. Langobard. I,* 25; *MG. SS. rer. Langobard.* 62, 15. 5) *In narrando de gestis Karoli Magni auctor praecipue secutus est Aimoini Hist. Francorum IV,* 89. 90; *Paris.* 1567, *p.* 457 *sq.* 462. 6) *Recte: c.* 4. *D. XXII.*

eruti fuerunt oculi et lingua abscisa, sed divina virtute postea restituta, venit in Ytaliam cum exercitu magno et capto rege Desiderio ac Longobardis prostratis de servitute ipsorum ecclesiam liberavit. Propter hoc tantum benefitium Adrianus papa Karolo imperium contulit cum 5 investitura episcoporum et hoc fecit celebrata Rome synodo CLIII prelatorum inter episcopos et abbates*. De hoc autem diffuse traditur a Gratiano di. LXIII. c. *Adrianus*[1]. Richardus tamen Cluniacensis monachus dicit in cronicis[2], Adrianum solum ex dicta causa dedisse 10 patritiatum[q], sed Leo tertius, qui Adriano successit, de quo dictum est supra, post miraculum factum de ipso de oculis et lingua fugit ad Karolum regem Franchorum, qui honorifice susceptus ab ipso veniens Romam ultus est iniuriam eius, et restitutus est[r] in sede, Leo vero 15 in die natalis Domini coronavit eum in imperatorem in basilica beati Petri apostoli circumdans eum imperatoria veste et tunc sibi acclamatum est ab universo populo Romano: *Karolo Augusto a Deo coronato magno et pacifico Romano imperatori vita et victoria.* Utrumque autem 20 dictum Gratiani et Richardi salvari potest, quia per Adrianum facta fuit collatio eo modo, ut supra narratur, sed adhuc vices imperii non gerebat, quousque a Leone coronam suscepit**, per quod habemus, quid ad imperatorem legitimum requiratur. Tunc autem translatum est 25 imperium a Grecis ad[s] Germanos, ut decretalis dicit Extra de electione c. *Venerabilem*[3], ubi glossa ordinaria dicit, quod extunc defecit imperium Constantinopolitanum, ut non proprie ulterius imperium dici possit. Sed si attendimus, cuius auctoritate hec acta sunt, manifeste 30 apparet, quod Romani pontificis.

*) *M add.:* Anno Domini DCCLXXIIII.

**) *M add.:* Subaudi: Sed continuebatur dispositio, que cepit a Steffano papa, ut in cronica Bernardi Guidonis[4] de imperatoribus c. 1. et 2. Capitulis se- 35 quentibus infra de hoc plenius.

q) patronatum *M;* patriarchatum *P* 2. 3; principatum *P* 1. r) *om. B. P* 2. 3. s) in *P* 1. 2.

1) *c.* 22. *D. LXIII.* 2) *Quae re vera in Catalogo pontificum* 40 *leguntur; Muratori, Antiquitates IV,* 1108. 3) *Cf. c.* 34. *X de elect. (I,* 6*) cum glossa ordinaria ad v. 'In Germanos'.* 4) *Quae non typis expressa est, continetur in codice bibl. Parisiensis lat.* 4980.

Cap. XII. Qualiter in[a] Karolo diversificatus est modus imperii.

In dicta autem translatione diversificatus est modus assumendi, quia primo per electionem, extunc per suc-
5 cessionem, et hoc duravit usque ad octavam generationem, ut cronice ponunt. Tandem deficiente genere Karoli quantum ad potentiam et in regno Francie et in imperio, primo quidem Hugo[1] dux Aurelianensis sibi regnum Francie usurpavit occisis illis et extirpatis, qui erant
10 de genere regio, unde de dicto Ugone descenderunt omnes reges et non de Karolo usque ad tempora ista, nisi quod fertur[2], quod dictus Hugo uxorem habuit de genere illo. Imperio etiam deficiente et scisso in multas partes in tantum, quod Lodovicus imperator ultimus de
15 genere Karoli a Longobardis orbatus est oculis, ut ystorie[3] ferunt, quidam[b] Berrengarius invasit Ytaliam ibidemque[c] regnavit. Ipso vero tyranizante et[d] contra Ytalicos et contra ecclesiam, cum ipsa fluctuaret in capite, quia summus pontifex, cui nomen[e] Iohannes[4], vir lascivus
20 et lubricus erat, advocavit collegium cardinalium et[f] Ottonem primum regem Saxonum, qui dictum Berrengarium eiecit de regno et cum assensu ecclesie sibi totam Ytaliam subiugavit. Veniens vero Romam primo quidem cum cardinalibus persuasit pape correctionem,
25 quia erat filius cuiusdam nobilis Romani, qui vocabatur Albericus, sed dicto papa in sua malitia persistente coactus est renuntiare papatui et factus est Leo IX[5]. Dicto autem Ottone se absentante ab urbe Romana Romani in contemptum ecclesie fecerunt alterum papam,
30 quem Benedictum[6] vocaverunt, papam vero Leonem eiecerunt a sede. Quod audiens Otto Romam rediens cum exercitu magno ipsam obsedit, quousque Benedictus papa a Romanis est traditus, quem ipse misit in Saxoniam in exilium ibique vitam finivit. Ex hoc autem
35 benefitio collato ecclesie per Ottonem primum predictus

Cap. XII. a) a *P* 2. 3. b) vero *add. P* 2. 3. c) ibique *P* 2. 3. d) *om. B. P* 2. 3. e) erat *add. P* 2. 3. f) *ita P* 1. *M. B; om. P* 2. 3. *Scriptor errasse videtur.*

1) *Hoc loco auctor fontibus Francogallicis usus est, cf. imprimis Chron. Turonense; Recueil des historiens de la Gaule X* (1874), 280 *sq.*,
40 *v. praeterea ibidem p.* 220. 2) *Cf. n.* 1. 3) *Martinus Oppav., Chron.; MG. SS. XXII,* 464, 1. 4) *Iohannes XII* (955—963). *In sequentibus auctor usus est Martini Chron.; MG. l. c.* 431, 10—20; 465, 5—15. 5) *Leo VIII* (963—965). 6) *Benedictus V* (964).

princeps a Leone prefato[g] summo pontifice cum toto clero et populo Romano imperator est constitutus ea forma et modo, quo Karolus Magnus[1], que omnia habentur in Decreto di. LXIII. c. *In synodo*[2]. Talis autem institutio processit per successionem usque ad[h] tertiam generationem, hoc est in tertium Ottonem, qui fuit nepos primi, id est filius filii. Non enim invenitur de istis facta electio, sed sola provisio per summum pontificem, unde dictus Otto secundus vocatus est a Iohanne[3] XI[i], qui fuit post Iohannem depositum, de quo supra facta est mentio. Causa[4] autem sue vocationis fuit persecutio magna, quam Romani fecerunt ecclesie. Nam primo dictus Iohannes fuit in castro Sancti Angeli detrusus, postea in exilium missus, tunc dictus Otto per procuratorem suum iuravit fidelitatem, que forma iuramenti habetur in Decreto di. LXIII. c. *Tibi domino*[5]. Tandem veniens Romam coronatus est a Benedicto VII[6]. cum gaudio magno et pace inter papam et imperatorem. Post hunc fuit Otto tertius[7], filius Ottonis medii, cuius tempore vexabatur ecclesia a quodam Crescentio, videlicet patritio *. Hic Crescentius in tantum persecutus est papam Iohannem XII[8], quod coactus est Urbem relinquere et Tusciam intrare. Sed vocatus[k] Otto tertius totam illam progeniem extirpavit. Tandem mortuo dicto Iohanne[l] ad instantiam dicti Ottonis electus est in papam quidam consanguineus eius, qui vocabatur Bruno, postea vocatus est Gregorius V, a quo dictus Otto est exinde[m] coronatus. Hic Otto ordinata[n] Ytalia rediit in Germaniam. Sed Crescentius consul Romanus fugato Gregorio fecit papam quendam Grecum Placen-

*) *M add.:* Actum circa annos Domini nongentos LXXXIII.

g) predicto *P* 2. 3. h) in *P* 1—3. i) XIII. *corr. M.* k) est *add. B. P* 2. 3. l) papa *add. P* 2. 3. m) *om. P* 2. 3. n) ordinata Ytalia *om. P* 2. 3.

1) *Cf. p.* 26. *Quod auctor concludit ex canone, sed nihil profert de coronatione Ottonis I. iam per Iohannem XII. a.* 962. *facta, quam etiam tradit Martinus l. c.* 465, 5. 2) *c.* 23. *D. LXIII.* 3) *Iohanne XIII.* (965—972). 4) *De Ottone II. cf. Martin. l. c.* 431, 25. *et* 465, 25. 5) *c.* 33. *D. LXIII. Quod iuramentum autem re vera ab Ottone I. Iohanni XII. pape prestitum est.* 6) *Ita etiam Martinus, sed Otto II. coronatus est ab Iohanne XIII. a.* 967. *Benedictus VII. sedit a.* 974—983. 7) *De rebus ab Ottone III. gestis cf. Martin. l. c.* 432, 5—15; 466, 5. 10. 8) *Iohannes XV.* (985—996), *qui apud Martinum Iohannes XVI.*

tinum episcopum nomine Iohannem. Quod audiens imperator Romam rediens cum exercitu magno et furore immenso tamdiu Crescentium in castro Sancti Angeli obsedit, quousque ipsum et papam eius cepit et utrum-
5 que membris debilitavit. Deinde imperator ordinatis imperii rebus et Gregorio restituto in sede sua ducens secum multos nobiles Romanos in Saxoniam est reversus.

Cap. XIII. Alius modus institutionis[a] imperatoris post Ottonem tertium quam[b] 10 a tempore Karoli usque tunc per ordinationem ecclesie[c].

Hiis[d] igitur peractis ulterius per ordinationem ecclesie vivente dicto Gregorio advocatis et requisitis principibus Alamanie instituti sunt electores[1], videlicet
15 offitiales curie imperialis, qui quidem sunt VII, quatuor layci et tres clerici. Primus rex Boemie, qui imperatori propinat de cuppa[2], secundus dux Saxonie, qui coram imperatore portat ensem, tertius comes Palatinus, qui eidem de scutella ministrat, quartus marchio Brande-
20 burgensis[e], qui est[f] camerarius eius. Inter clericos primus archiepiscopus Maguntinus, qui est cancellarius in Germania, secundus archiepiscopus Coloniensis, qui est cancellarius in Ytalia[g], tertius[h] archiepiscopus Treverensis, qui[i] est cancellarius in Gallia*. Quod si que-

25 *) *M add.:* Ista vero electio usque modo perseverat, que incepit anno Domini MCIII, et perseverabit, quantum ecclesia Romana permiserit, cuius est regna transferre et principes a sede sua deponere. *Cf. Dan.* 2, 21. *Cf. Luc.* 1, 52.

Cap. XIII. a) assumpcionis *P* 2. 3; *om. P* 1. b) qui *P* 2. 3. c) obtinuit *add.*
30 *P* 2. 3. d) *Hoc capitulum praebet codex quoque Florentinus (de quo vide supra* § 3.*) paene integrum, sed deest lemma. Pro verbis:* Hiis — Gregorio *sunt haec inserta:* Anno Domini MXXX⁰ iubente papa Gregorio natione Theotonico. e) *ita P* 1. *B. Flor.;* Brandenburgensis *M. P* 2; Mardeburgensis *P* 3. f) *om. M. P* 2. g) Gallia *P* 1. h) tertius — Gallia *om. P* 2. i) qui — Gallia *om. P* 1.

35 1) *In hoc capitulo auctor sequitur Martinum l. c.* 466, 15. 20, *qui autem non dicit electores institutos esse a Gregorio V, quae fabula primo invenitur exposita in nostro tractatu ac deinde in Tholomei Lucensis continuatione operis S. Thomae, quod intitulatur 'De regimine principum', circa a.* 1300. *scripta (III,* 19*).* 2) *Neque quae dicuntur*
40 *de officiis principum electorum inveniuntur apud Martinum, sed consentiunt cum Speculo Suevico ('Landrecht' ed. v. Daniels c.* 130*); v. K. Zeumer, 'Die Goldene Bulle Kaiser Karls IV'. ('Quellen und Studien z. Verfassungsgeschichte d. Deutschen Reichs' II,* 1*) t. I, p.* 30.

ritur, quare[k] de sola Germania assumpti sunt[l] electores, multe fuerunt cause, ad presens tamen tres assignari possunt. Una est principalis: Quia de Germania fuerunt principes[1], qui liberaverunt ecclesiam de servitute Longobardorum et impiorum Romanorum, ut patet de 5 Pipino*, qui venit in Ytaliam contra regem Astulfum, qui nimis gravabat ecclesiam. Item de Karolo, filio eius, qui venit contra regem Desiderium, ut infra patebit[1]. Et hii duo principes fuerunt de Germania inferiori citra[m] Renum, que antiquitus vocabatur Gallia 10 brachata, unde et decretalis Innocentii III. Extra de electione c. *Venerabilem*[2] dicit, quod sedes apostolica in persona magnifici Karoli Romanum imperium transtulit in Germanos, quia scilicet in Germania natus et** ibidem sepultus est. Item Otto, qui liberavit ecclesiam 15 de manu Alberici Romani, ut infra scribitur et hic fuit de Germania superiori. Secunda ratio fuit devotio illius populi ad sanctum Petrum et Paulum***, que apparet in eorum peregrinatione†. Tertia autem causa fuit voluntas summi pontificis, qui tunc erat, videlicet Gregorii 20 quinti, qui†† de Theutonia fuit natus et consanguineus Ottonis, ut infra dicetur. Possent et alie cause assignari, sed dicte[n] sufficiant. Ista ergo electio usque modo per-

*) *Pro* Pipino — principes *M:* Pipino et Karolo qui.

**) *Pro* et ibidem — superiori *M:* Propter quam causam 25 circa illas partes voluit sepeliri, scilicet Aquisgranis, et ibidem ecclesiam mire magnitudinis construxit. Item hoc idem apparet de Otone primo, qui fuit de Germania superiori, ut supra patuit.

***) *M om.:* et Paulum. 30

†) *M add.:* quam ad ipsum singulis annis faciunt.

††) *Pro* qui — supra *(p.* 31, *l.* 4*) M:* Fuerunt forte et alie cause, num ecclesia fuit mota ad hoc faciendum, que ex causa puto melius subticere. Sed hec sufficiant in opere supradicto. 35

k) sunt *add. P* 2. 3. l) *om. P* 2. 3. m) *ita P* 1—3; circa *M. B.* n) predicte *P* 3; predicta *P* 2.

1) *Hic et infra in eodem capitulo auctor pluries quaedam refert, de quibus in sequentibus fusius se velle tractare dicit, quae autem in capp. inferioribus frustra quaeruntur, sed scripta sunt — ex parte qui-* 40 *dem alio modo — in capp. immediate praecurrentibus (XI. et XII); v. etiam praefationem nostram* § 1. 2) *c.* 34. *X de elect. (I,* 6*).*

severat, que incepit anno Domini MXXX[1]. et perseverabit, quantum ecclesia Romana permiserit, cuius est regna transferre et principes de sede sua deponere, ut propheta Ieremias testatur, ut dictum est supra. *Cf. Ier.* 1, 10.

5 Cap. XIIII. Qualiter apparet auctoritas summi pontificis ex depositione principum, que in diversis temporibus invenitur facta ab[a] ipsis.

Hoc autem de facto invenimus in multis prin-
10 cipibus. Nam legitur Zachariam papam deposuisse regem Franchorum et omnes Francigenas a iuramento fidelitatis absolvisse constituitque Pipinum regem patrem Karoli Magni, ut Decretum dicit XV. q. VI. c. *Alius*, causa autem sue depositionis ponitur ibidem, quia in-
15 utilis erat, quod exponit glossa Iohannis ibidem: hoc est dissolutus et effeminatus[2]. Item legitur Innocentium III. Ottonem IV. deposuisse ab imperio, quia iuramentum[b] fidelitatis, quod ecclesie fecerat, non servavit[3], unde ipso deposito Fredericum[4], qui erat rex Sicilie,
20 electores imperatorem fecerunt, quem Honorius, qui dicto Innocentio in pontificatu successit, coronavit in basilica sancti Petri*. Hic Fredericus tamquam filius ecclesie et fidelis ratione regni Sycilie, in quo iure matris successit, per ipsam tamquam filius est nutritus, tandem in
25 imperio assumptus Ottone damnato a iuramento fidelitatis Romane ecclesie resiluit, propter quod Honorius, qui ipsum coronaverat[c], sicut sibi et Romane ecclesie adversarium et rebellem anathematizavit omnesque barones a iuramento fidelitatis absolvit, quam sententiam Gre-
30 gorius IX, qui successit Honorio, roboravit[5], quod fuit circa annos Domini MCCXII**. [6]. Post Gregorium vero

*) *M add.:* Actum circa annos Domini MCCXX.
**) *M corr.:* MCCXXVII.

Cap. XIIII. a) ab ipsis] a summo pontifice *P* 2. 3. b) fidelitatis iuramentum
35 *P* 3; fidelitatis iuramenti *P* 2; fidelitatem iuramenti *P* 1. *M.* c) coronavit *B. P* 2. 3.

1) *De hoc anno, qui minime quadrat ad pontificium Gregorii V.* (996—999), *cf. supra in praefatione nostra* § 1. 2) *Cf. glossam ordinariam Ioannis Teutonici (Argentine* 1472*) ad c.* 3. *C. XV. qu.* 6 *(s. v. 'Inutilis').* 3) *Martinus l. c.* 437, 45. 4) *De Friderico II.*
40 *v. ibid.* 471, 20—30. 5) *Ibid.* 439, 15. 6) *Recte:* 1227; *cf. praef. nostr.* § 2.

assumptus est Innocentius IIII[1], natione Ianuensis, Frederici amicus tempore sui cardinalatus*, factus ergo papa volens se in amicitia conservare magnum de pace tractatum habuit cum eodem. Sed quia, ut sapiens dicit[2], duobus existentibus amicis sanctum est prehonorare[d] veritatem, considerans ultimo eius contumatiam iusta consilium sapientis eiusdem amicitia dissolvit, quia lex amicitie dissolvitur[e] merito ad eos, qui incorrigibilis sunt mentis. Unde et quidam propheta** Iosaphat regem Iuda graviter reprehendit, ut habetur II. Paralipomenon c. XIX*, quia favebat Achab, regi Israel, cum esset idolatra et a Deo vero aversus[f] sicut Fredericus: *Impio*[g], inquit, *prebes auxilium et cum hiis, qui oderunt Dominum, amicitia copularis;* volens igitur ammonitionem sequi prophete dictus Innocentius acersito Ianuensi adiutorio per mare se ad Gallias transtulit ibique Lugduni celebrato concilio non solum suorum predecessorum contra Fredericum excommunicationis roboravit sententiam, sed etiam ipsum velut hostem ecclesie imperio privavit expresse***. Quid[h] de aliis principatuum apicibus seu dignitatibus dominorum cuiuscumque generis sive gradus? Ab ipso summo pontifice invenimus ex causa subtracta[i] propriis dominis extraneisque[k] collata[l]. De quibus omnibus copiosissime diffinitum habemus ab Innocentio III. scribente singulis prelatis per Galliam constitutis Extra de iuditiis c. *Novit*[3] et de maioritate et obedientia c. *Solite*[4]. Quod[5] et de facto satis apparet a L annis et circa[m] in partibus Europe et precipue in regionibus Gallie et Yspanie et in maiori Brithania, in quibus per summum pontificem a gente[n] in gentem[o] dominia translata conspeximus, prout exigebant merita dominorum et

v. 2. — *Cf. Eccli. 10, 8.*

*) *P* 3. *add.:* qui audita promocione ipsius fertur dixisse: *Bonum amicum perdidimus.*

**) *Idem add.:* scilicet Yeu filius Annani.

***) *M add.:* Actum anno Domini MCCXLIII[6].

d) portare *P* 2. 3. e) solvitur *M. P* 2. f) *ita B;* adversus *cett.* g) impie *P* 1; impiis *B;* imperio *M. P* 2. h) *ita P* 1; Quod *M. P* 2. 3; Hoc et *B.* i) subtractis *B.* k) et extraneis *P* 2. 3. l) collatis *B.* m) et circa] circa *M;* citra *P* 1—3. n) devia *add. P* 2. 3. o) aliam *add. P* 2. 3.

1) *De Innocentio IV. cf. Martin. l. c.* 439 *sq.* 2) *Aristoteles, Ethica Nicomachea I,* 6 (4), § 1; *ed. Firmin-Didot II,* 4. 3) *c.* 13. *X de iud. (I,* 2*).* 4) *c.* 6. *X de ma. et obe. (I,* 33*).* 5) *Cf. quae de hoc loco in praefationis nostrae* § 1. *disseruimus.* 6) *Recte:* 1245.

status incolumis regionis. De* imperio etiam Constantinopolitano, qualiter sit translatum per ecclesiam, supra satis apparuit[1] et in decretali *Venerabilem*[2] Innocentii specialis fit mentio.

5 Cap. XV. Responsio ad argumenta facta in contrarium circa propositum in principio et primo ad primum[a].

Declarata[b] igitur causa[c], unde dubium[d] videbatur oriri de auctoritate pape et iurisdictione imperii ex varie-10 tate status imperatorum retroactis temporibus, liquido apparet ex plenitudine potestatis pontificalis omnia dependere, in cuius manu sunt omnes fines terre, ut propheta dicit, tamquam vicem Dei gerentis. Restat ad argumenta respondere, in quibus ostendebatur contra-15 rium, ad maiorem declarationem proposite questionis. Cum enim primo obicitur[3] ista duo sic se habere dominia, quod, sicut unus superiorem non habet in spiritualibus, ita nec alius[e] in temporalibus, ergo sicut ille[f] ellectus statim habet administrationem, ita et im-20 perator et[g] cetera, respondendum[h], quod, licet in temporalibus imperator superiorem non habeat, qui sit temporalis dominus, tamen virtus sue iurisdictionis ex iurisdictione pape dependet tamquam ex fonte dominii, a quo vice Dei omnis oritur iurisdictio. Dictum enim 25 capitulum Decreti[4] est Nicholai[i] pape, in quo vult ostendere in corpore mistico ecclesie esse distincta offitia sicut caput et membra ut in corpore materiali, omnia tamen ab uno dependere, a quo est omnis motus et sensus, quod est Christus, cuius vices summus pontifex gerit. 30 Ita autem videmus in omnibus rebus, quod omnia reducuntur ad unum primum principium et per se, sicut omne calidum ad calidum ignis[5], sicut etiam omnis motus ad unum movens immobile, et quanto motus magis

Cf. Isai. 45, 22.

*) *M om.:* De — mentio.

35 Cap. XV. a) de equalitate dominii *add.* *P* 2. 3. b) Declarata est *P* 3; Declaratum est *P* 2. c) *om* *P* 2. 3. d) questio *P* 2. 3. e) aliud *P* 2. 3. f) scilicet papa *add.* *P* 2. 3. g) *om.* *M.* *P* 2. h) est *add.* *P* 2. 3. i) III. *add.* *B.*

1) *V. p.* 26. 2) *c.* 34. *X de elect. (I,* 6*).* 3) *Cf. supra p.* 5. 4) *c.* 6. *D. XCVI.* 5) *Eadem verba afferens in tractatu suo 'De regi-40 mine principum' III,* 1. *Tholomeus addit:* ut patet per Philosophum in 2. Metaphys.; *fortasse significat Metaphys. I,* 1; *ed. Firmin-Didot II,* 486, 30.

appropinquat ad primum movens, tanto amplius participat de virtute primi moventis, sicut calidum, quanto[k] magis appropinquat ad calidum ignis[1]. Hoc apparet manifeste in corporibus celestibus et spiritibus angelicis[l]. Hoc patet in homine, in quo omnis motus est ab anima 5 mediante corde, quod est principium omnis motus naturalis in corpore, ut sapiens vult in XIII.[m] libro de Animalibus[2]. Primum autem movens in actibus humanis fidelium et ierarchiis est Christus, ut dictum est supra, quicquid sit[n] in quantum Deus, quia secundum hoc est 10 principium omnis dominii, ut patebit in sequentibus. Illud autem, quod magis appropinquat ad primum movens, scilicet Christum, est summus pontifex, ut ex verbis Domini dictis Petro est manifestum, unde et vicarius Christi vocatur. Ergo plus habebit de virtute moventis 15 Christi et ideo oportet dicere, quod, licet in ecclesia distincta sint offitia, omnia tamen regimina et omnis[o] actus dependet[p] a papa per Christum. Hinc est autem, quod, sicut scribit papa Gelasius imperatori Anastasio[3], imperator dependet ex pape iuditio et non papa ex im- 20 peratoris sententia, sicut iam supra pluries[q] est inculcatum et apparet in multis capitulis Decreti di. LXXXXVI. Quia ergo papa superiorem non habet in terris, sed imperator, sicut iam patet, ideo papa statim electus habet administrationem, sed imperator non. 25

Cap. XVI. Responsio ad secundum argumentum in[a] contrarium factum et qualiter intelligitur[b] illa auctoritas[c]: *Reddite que sunt cesaris cesari*[d].

Per hoc autem[e] apparet solutio secundi argumenti, 30 quia, licet sint distincta offitia in ecclesia, tamen ex papa dependent sicut actus corporis ex actibus anime sive sicut ex spiritualibus corporalia. Sed quod postea adiungitur ad argumentum de verbo Domini: *Reddite* *Matth.* 22, 21. *que sunt cesaris cesari* et cetera, istud verbum exponunt 35

k) tanto *P* 2. 3. l) Igitur *P* 2. 3. m) IX. *P* 1—3. n) quid sit *P* 2. 3; *om. B.* o) omnes *P* 1—3. p) dependent *P* 1—3. q) supra pluries] *ita M;* pluries *B;* superius *P* 2. 3; pluries superius *P* 1.

Cap. XVI. a) in — factum *om. P* 2. 3. b) intelligatur *P* 2. 3. c) evangelica *add. P* 2. 3. d) et que sunt Dei Deo *add. M;* et que Dei Deo *add. P* 3; 40 etc. *add. P* 2. e) iam *add. M. P* 2. 3.

1) *Cf. infra c. XX.* 2) *V. supra p.* 6, *n.* 2. 3) *c.* 10. *D. XCVI.*

doctores, ut Origenes[1], quod habet intelligi quantum ad quandam equalitatem iustitie legalis, quasi[f] eque sit preceptum divinum[g] debitum cesaris sicut Dei, ut videlicet unicuique ius suum reddatur, sicut apostolus dicit
5 Ro. XIIII: *Reddite,* inquit, *omnibus debita, cui tributum* Rom. 13, 7. *tributum, cui vectigal vectigal*[h], *cui timorem timorem*[i], *cui honorem honorem.* Non tamen excluditur, quin iurisdictio cesaris ex iurisdictione pape dependeat, qui immediate ipsam habet a Christo, ex quo imperator minister
10 Dei vocatur ab apostolo in prefato libro, quia eius ministerium est, ecclesiam defendere et Christianum populum gubernare et similia, de quibus plane[k] ponitur in capitulo Decreti, in quo scribit Honorius imperator Bonifatio pape et dictus summus pontifex eidem imperatori, ut
15 habetur di. LXXXXVII. c. *Ecclesie mee* et c. *Victor*[2]; item per confessionem, quam fecit Otto imperator pape Iohanni, ut patet di. LXIII. c. *Tibi domino*[3]. Ex hoc autem debitum oritur ad ipsum ex parte fidelium, ut apostolus dicit in preallegato capitulo: *Dei*[l], inquit, Rom. 13, 6.
20 *ministri sunt in hoc ipsum servientes, ideo*[m] *et tributa prestatis.* Hoc enim quodam iure nature et divino eis debetur, ut probat apostolus I. Cor. VIII: *Quis,* inquit[n], 1. Cor. 9, 7. *militat stipendiis suis unquam*[o]*? Quis pascit gregem et de lacte eius non manducat?* Unde beatus Augustinus ex-
25 ponens dictum verbum in libro de Verbis Domini[4] dicit, quod quadam divina providentia sunt militantibus stipendia constituta, ne, dum sumptus queritur, predo grassetur, ut habetur XXIII. q. c. 1 *Militare*[p. 5].

Cap. XVII. Responsio ad tertium argu-
30 mentum et digressio, unde dominium exordium habuit.

Quod autem tertio obiciebatur, quod illud, quod est posterius, dependet ex eo, quod prius est, sed im-

f) quasi — Dei *om. M.* g) divinum — Dei] Cesaris servandum debite sicut
35 divinum preceptum seu Dei *P* 2. 3. h) et *add. P* 2. 3. i) et *add. B. P* 2. 3. k) plene *P* 2. 3. l) Ibi *P* 2. 3. m) ideo et] eis *P* 2. 3. n) enim *P* 1—3. o) numquam *M. B. P* 2. p) *M add.:* Sequitur capitulum aliud, *sed loco sequentium capitulorum solummodo haec verba leguntur:* Sed eidem — Amen. Explicit etc., *quae ceteri codices praebent in fine cap. XXXI.*

40 1) *Cf. Origenes, Commentar. in Matthaeum XVII,* 26; *Migne, Patrologia graeca XIII,* 1555 *C.* 2) *c.* 1. *et* 2. *D. XCVII.* 3) *c.* 33. *D. LXIII.* 4) *In canone infra (cf. n.* 5*) citato allegatur talis tractatus Augustini, qui autem eius non est; Sermo LXXXII; Migne, Patrol. lat. XXXIX,* 1904, 1. 5) *c.* 5. *C. XXIII. qu.* 1.

perator fuit prius quam papa, ergo et cetera, ad huius argumenti declarationem oportet digressionem facere circa imperium sive quodcumque dominium, unde ortum habuit, an licite vel illicite sit acquisitum, quia de hoc est antiqua querella. Nullo enim iure nature invenimus competere alicui dominii dignitatem et hoc ostendit Augustinus in[a] XIX. de Civitate Dei c. XIX[1]. Cum omnes homines ex Adam originem duxerint et[b] muliere una, scilicet Eva, ex qua propagine bona mundi alia concessa homini ad usum, ut patet ex hystoria Genesis, communi iure essent equaliter dividenda. Licet enim in hominibus etiam in statu innocentie fuisset prelatio[2], sed alio intuitu et secundum aliam rationem, quia non in quantum dominium opponitur servituti, quia hoc est penale, sed offitio consulendi et dirigendi, sicut in angelis, quod quidem[c] homini competebat, in quantum homo naturaliter est animal sociale, quem oportet ad invicem ordinare. In hiis autem, que ad invicem sunt ordinata, oportet semper aliquid esse principale et dirigens, ut philosophus dicit in primo Politice[3], et hoc apparet in corpore humano et propterea hoc requirit ipsa conditio ordinis. Est enim ordo secundum Augustinum in XIX. de Civitate Dei[4] parium dispariumque rerum sua cuique loca tribuens dispositio, sed, quod unus alteri est prepositus. Ab initio seculi post peccatum non eo modo dominium est assumptum, sed ex quodam fastu[d] superbie ac[e] dominandi libidine per usurpationem incepit, cuius signum et argumentum haberi potest, quia soli reprobi in principio creationis mundi dominium assumpserunt[f], unde ante diluvium primus dominus inter homines fuit Chaym, ut Augustinus[5] dicit XV. de Civitate Dei c. XX. Et inde motus fuit ad civitatem edificandam, ut dominaretur in ea, et hec fuit prima civitas in mundo, quam nomine filii sui vocavit ad perpetuationem[g] dominii filii.

Cap. XVII. a) libro *P* 2. 3. b) scilicet ex *P* 2. 3. c) quidem homini] eidem *P* 2. 3; eidem homini *P* 1. d) faustu *P* 1. 2. e) ac — libidine *om.* *P* 2. 3. f) acceperunt *P* 2. 3. g) perpetuitatem *P* 1; perpetuam *B.*

1) *Recte: XIX,* 14. 15; *Migne l. c. XLI,* 642 *sqq.* 2) *Hic et in sequentibus auctor praeter Augustinum et Aristotelem scriptis etiam magistri sui, S. Thomae, usus fuit; cf. Summa theolog. I. qu.* 96, 4. 3) *Aristoteles, Politic. I,* 2; *ed. Firmin-Didot I,* 482, 33 *sqq.; cf. etiam n.* 2. 4) *XIX,* 13; *Migne l. c. XLI,* 640. 5) *XV,* 20; *Migne l. c. XLI,* 464, 3.

Post diluvium vero omnes, qui primo dominium assumpserunt, fuerunt de genere maledicto Cham, ut ex libro Genesis habetur, et Commestor[1] et Iosephus[2] dicunt, unde post diluvium, qui primo dominium assumpsit, fuit Cham, ut infra dicetur. Secundus Nemroth, qui descendit de Cham, cuius consilio hedificata est turris Babel[h], ut hystorie[3] tradunt, ad dominandum, in cuius signum in Genesi scribitur, quod volebant[i] cacumem eius in celum ascendere ad significandum cordis ambitionem in preeminendo aliis, propter quod et Deus ad insinuandam suam displicentiam scissuram fecit talis dominii confundendo eorum linguas, cum essent unius[k]. De Nemroth autem descendit Belus[4], rex Babillonie, de quo natus est Ninus, qui primus fuit monarcha Assyriorum, arte magica procreatus[5], ut ystorie tradunt. Item Commestor[6] dicit, quod Ninus vicit Cham, qui adhuc vivebat et regnabat in Batria[l, 7], qui alio nomine appellabatur Zoroastes, inventor magice artis. Ex quibus omnibus satis apparet, quod dominium in principio mundi consideratis personis, que id[m] assumpserunt, corrupta processit intentione, scilicet fastigio superbie et tyrannidis, et ideo Deo non placuit. In cuius argumentum vel signum divine displicentie primo quidem talem preeminentiam usurpatam reprobavit in angelis[n], excludendo eos ad sede sua. Inter homines etiam primi domini mala morte finierunt vitam. Nam Chaym, qui primus fuit, occisus est a Lamech, ut ex hystoria Genesis[8] habetur. Cham, qui et Zoroastes[o], filius Noe, ut dicit Commestor[9], rex in Batria[p], occisus est a Nino; in libro tamen Clementis[10] habetur, quod occisus fuit a demone,

Cf. Gen. 4, 23 sq.

h) Babilon *P* 2. 3. i) per *add.* *P* 2. 3. k) lingue *add.* *P* 2. 3. l) *ita corr.*; Barbaria *codd.*; *sed v. infra l.* 29. m) *ita B solus; om. cett.* n) malis angelis *P* 3; malis *P* 2; *om.* *P* 1. o) fuit *add.* *P* 2. 3. p) Barbaria *P* 2. 3.

1) *Hist. scholast. ad lib. Genesis c.* 37; *Migne l. c. CXCVIII,* 1088. 2) *Qui apud Comestorem allegatur.* 3) *Comestor, Hist. scholast. ad lib. Genesis c.* 38; *Migne l. c. CXCVIII,* 1089 *A.* 4) *Comestor l. c. c.* 37. *dicit Belum de Cham descendisse, non de Nemroth; l. c.* 1088 *C.* 5) *Unde hoc haustum sit, nescio.* 6) *Hist. scholast. c.* 39; *Migne l. c.* 1090 *A.* 7) *Id est Bactria; cf. Comestor l. c.* 8) *Quod ibidem l. c. minime legitur.* 9) *Cf. n.* 6. 10) *Verisimiliter auctor significat opus quoddam arabicum Clementi papae I. adscriptum, quod intitulatur:* Clementis libri VIII qui Arcani appellantur et Chronicon Patrum apocryphasque Petri revelationes continent. Lib. I. Chron. Patrum ab Adam ad diluvium. II. A diluvio . . . ad Christum *etc.* *Cf. Harnack, Geschichte der altchristlichen Litte-*

quem pro exercenda arte magica familiarem habebat, et, ut sub compendio loquamur, omnes antiqui domini et monarche[q] dira[r] morte interierunt, sicut ex hystoriis haberi potest, ut per hoc Deus ostenderet se[s] eorum ambitionem tyrannicam detestari. Hinc est, quod de primo rege 5 filiorum Israel, videlicet Saul, constituto per Samuelem ad eorum petitionem, invenitur, factus quasi in displicentia Dei, propter quod in primo Regum c. VIII. dicitur, cum peterent filii Israel regem, displicuit in oculis Samuelis et tunc dixit Deus[t] eidem: *Audi vocem populi* 10 1. *Reg.* 8, 7. *in hiis, que loquuntur, non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos,* per hoc volens ostendere, quod velle dominari est quedam usurpatio divini regiminis et fuga divine subiectionis et ideo dominium reprehenditur.

Cap. XVIII[1]. Quod dominium est a Deo 15 permissum et provisum, cuius ratio hic[a] primo[b] sumitur ex natura entis.

Et[c] quamvis dominorum ambitio Deo esset odiosa, unde et digne merebantur[d] deprimi, eorum tamen regimen, tum[e] ad refrenandam inordinatorum hominum malitiam, 20 tum[f] ad conservandum unumquemque in sua iustitia, tum ad disponendum cives in concordia, permissum est a Deo dominium et provisum, permissum ad punitionem malorum, provisum ad gubernationem bonorum. Hinc *v. 1. est, quod apostolus dicit Rom. XIII*: *Non est potestas* 25 *nisi a Deo**, ex quo quidem verbo satis est manifestum a Deo omne provenire dominium sive considerata natura entis sive motus sive finis. Ratione autem entis, quoniam omne ens per participationem reducitur ad ens per se[2], sed illi, qui habent dominium, 30

*) *P* 1 *add.:* et Iesus dixit Pilato: *Non haberes adversum* *Joh.* 19, 11. *me potestatem ullam nisi datum esset tibi desuper ut Mt. c.*

q) monarci *P* 1; monarchi *P* 2. r) dura *P* 2. 3. s) *ita B solus; om. cett.* t) Dominus *P* 2. 3.
Cap. XVIII. a) *ita B; om. cett.* b) prima *B. P* 3; *om. P* 1. c) Sed *P* 2. 3. 35 d) merebatur *P* 2. 3. e) *om. P* 2. 3. f) et *P* 2. 3.

ratur bis Eusebius I, 2, 779, § 33. *Auctor tractatus nostri versione quadam latina usus esse videtur. Cf. etiam Gotifredi Viterbiensis Speculum regum; MG. SS. XXII,* 33, 35. 1) *Cum eis quae dicuntur in cc.* 18. — 23. *conferas quae profert Tholomeus, De regimine principum* 40 *III,* 1—6. 2) *Cf. Thomas, Summa theol. I. qu.* 49, 3, 4.

plus vigent in natura entis quam private persone, quia gerunt vices quasi totius entis, cui presunt, unde merentur divinos honores et duplicatos, ut dicit Augustinus[1]. Propter quod apostolus dicit ad Timotheum[g]: *Qui bene* 1. *Tim.* 5, 17.
5 *presunt presbiteri, duplici honore digni habeantur.* Ergo magis appropinquant ad suum principium vel[h] plus participant de divina influentia ratione sui regiminis. Hinc est autem, quod de Saule scribitur, quod assumptus in regem per Samuelem ex hoc meruit divinam influen-
10 tiam prophetie, unde missus ab ipso ad cuneum prophetarum insiluit in eum spiritus Domini et prophetavit cum eis, ut patet I. Regum X*. Hoc et de Salomone **v.* 10. legitur, quod ordinatus in regem divinam meruit sapientiam, ut patet III. Regum III*. Hoc etiam apparet in **v.* 11. *sq.* 28.
15 modernis principibus viris catolicis et ecclesiasticis, quod ex speciali[i] divina influentia super eos ex ampliori participatione entis singularem habent virtutem[2] super populum egritudine laborantem, ut sunt reges Francie, dominus noster rex[k] Karolus[3], et de rege Anglie fertur.

20 Cap. XIX. Quod dominium hominum fuerit a Deo, ratio hic sumitur ex parte motus.

Secunda vero ratio, quod omne dominium sit a Deo, sumitur in comparatione ad motum. Probat enim phylosophus in VIII. de Physico auditu[4], quod in mo-
25 ventibus et motis non est in infinitum abire, sed est venire ad aliquod movens, quod non movetur, et hoc est Deus. Cum ergo domini in gubernando sint motores orbis, ergo oportet motum sui regiminis in Deum sicut in primum motorem reducere, propter quod dicitur in
30 Iob VIIII*: *Sub ipso* (scilicet[a] Deo) *curvantur, qui portant orbem,* per[b] quod subiectio[c] totius humani regiminis designatur ad Deum[d], cuius virtuti in regnando[e] substernitur[e]. Hanc eandem rationem tradit beatus **v.* 13.

g) Corinthios *P* 2. 3. h) et *P* 2. 3. i) *ita B;* spirituali *cett.* k) *om. P* 2. 3.
35 Cap. XIX. a) *om. P* 2. 3. b) propter *P* 2. 3. c) divina *add. P* 1—3. d) ad Deum *om. P* 1—3. e) gerendo subicitur *P* 2. 3.

1) *Quaestionum in Heptateuchum l. II,* 86; *Migne l. c. XXXIV,* 627 *sq.* 2) *De hac re v. Wenck, 'Philipp der Schöne von Frankreich, seine Persönlichkeit und das Urteil der Zeitgenossen.*
40 *Marburger Universitätsschrift'* 1905, *p.* 54 *sqq.* 3) *Karolus I. rex Siciliae* (1266—1285). 4) *Aristoteles, Φυσικη ακροασις = Naturalis auscultatio VII,* 1; *ed. Firmin-Didot II,* 333, 40; 334, 44; *cf. etiam Thomas, Contra Gentiles (Antwerp.* 1612*) I,* 13.

Augustinus[1] in III. de Trinitate, ubi ordinem motoris et mobilis ponens incipit[f] ab infimo corpore, puta terra, per subtiliora et virtuosiora dicit grossiora[g] moveri, gradatim ascendens secundum ordinem elementorum usque ad supremum corpus[h] et ulterius ad spiritus ra- 5 tionales, per quos dicit corpora superiora moveri, spiritus vero rationales inferiores per superiores, sed omnes spiritus rationales creatos per spiritum rationalem increatum, qui est Deus, in quo consistit tota ratio motus sicut in principali movente immobili, in quo est omne ens, 10 *v. 28. motus et vita, quoniam, ut ait apostolus, Actuum[i] XVII*: *In ipso vivimus, movemur et sumus.* Et hunc ordinem Plato posuit secundum nobilitatem et gradum entis, ut patet ex propositionibus Proculi[k, 2] et ex libro de Causis[3]. Quam doctrinam prefatus doctor Augustinus intra limites 15 fidei imitatus est precipue, scilicet[l] circa predictam materiam, in libro de Immortalitate anime[4] et in VI. Musice[5]. Sic ergo ex predictis concludimus, quod ultimum movens est Deus, a quo est omnis motus et per consequens omne dominium. Quam conclusionem etiam 20 a phylosopho habere possumus in XII. Prime phylosophie[6], ubi primam causam, que Deus est, comparat ad totum universum sicut ducem ad exercitum, cuius

f) *ita B; om. cett.* g) *ita B; om. cett.* h) movens *P* 2. 3. i) III. ad Corinthios c. *P* 2. 3. k) celi *P* 2. 3. l) *ita B;* sed *cett.* 25

1) *De trinitate III,* 4; *Migne l. c. XLII,* 873. 2) *Significatur Procli Neoplatonici Στοιχειωσις θεολογικη (Institutio seu Elementatio theologica), cuius versio latina a Guilelmo de Mörbeka confecta typis adhuc expressa non est; cf. Bardenhewer (v. n. sequent.) p.* 271, *n.* 3. *Quod opus autem auctori nostri tractatus modo excerptum in* 30 *libro de Causis, quem statim in sequenti allegat, notum fuit.* 3) *De hoc libro v. Überweg-Heinze, 'Grundriss der Geschichte der Philosophie' II.* [9], 266. 276 *et praecipue Bardenhewer, 'Die pseudo-aristotelische Schrift Über das reine Gute, bekannt unter dem Namen Liber de causis. Freiburg i. B.'* 1882, *ubi p.* 103 *sqq. hic liber editus* 35 *est. Auctor tractatus nostri etiam usus fuit commentario S. Thomae, ubi scribitur (Bardenhewer l. c.* 270 *sq.):* in Graeco quidem invenitur sic traditus liber Proculi Platonici continens ducentas et undecim propositiones, qui intitulatur 'elementatio theologica', in Arabico vero invenitur hic liber, qui apud Latinos 'de causis' dicitur, 40 . . . videtur ab aliquo Philosophorum Arabum ex praedicto libro Proculi excerptus. 4) *De immortalitate animae c.* 3 *sqq.; Migne l. c. XXXII,* 1022 *sqq.* 5) *De musica VI,* 5, 13; *Migne l. c. XXXII,* 1169 *sq.* 6) *Aristoteles, De coelo c. VI; ed. Firmin-Didot III,* 640, 42; *Methaphysic. XI,* 10; *ibid. II,* 609, 32 *sqq.* 45

est castra movere, quia hoc nomen ducis inportat, cui sententie Sacra consonat scriptura, que ipsum Dominum[m] ducem vocat, unde Exodi[n] XV*: *Dux fuisti in misericordia* *v. 13. *tua populo, quem redemisti,* et Deut. XXXII*: *Dominus* *v. 12.
5 *solus dux eius fuit.*

Cap. XX. Quod dominium sit a Deo, ratio[a] sumitur ex consideratione finis.

Tertia ratio sumitur ex parte finis. Divina enim providentia omnia in debitum finem deducit, in quantum
10 movet unamquamque creaturam in suum finem distinctum, sicut sagitator sagitat ad determinatum signum[1], qua ratione a sapiente dicitur, quod opus nature est opus intelligentie[2], qua ratione dicit etiam Augustinus in III. de Trinitate[3], quod Deus quibusdam ordinatissi-
15 mis motibus primo spiritualibus, deinde corporalibus se[b] per cuncta diffundit[c] et utitur omnibus ad incommutabile arbitrium sententie sue sicut ad finem congruum. Si ergo alias creaturas debito et ordinato fine concludit, multo magis creaturam rationalem ut hominem, quod
20 manifeste apparet, quando ipsam gubernat per suos dispensatores et[d] provisores, ut sunt reges et principes et ecclesiarum prelati*, preterea, quanto quelibet natura nobiliorem finem apta est nata consequi, tanto habet moventia magis disposita ad consecutionem finis, sicut
25 manifeste in incorruptibilibus[4] patet, ut in corporibus celestibus et spiritibus angelicis, que sine agente contrario moventur ad suum finem, puta corpus celeste ad terminum sui motus, angelus autem ad divinorum cogitationem et suum ministerium adinplendum. Cum ergo
30 creatura rationalis[5] ordinata sit et producta, ut sit Dei capax, et hic est finis eius precipuus, ut tradit beatus

*) *Hic P* 2. 3 *inserunt:* 'Hinc est — iustitiam' *(p.* 42, 8–16*); deinde:* 'preterea — principalis agentis'.

m) Deum *P* 2. 3. n) in Exodo *P* 2. 3.
35 Cap. XX. a) tertia racio *P* 2. 3. b) se per] semper *P* 2. 3. c) defendit *P* 2. 3. d) et provisores *om. P* 2. 3.

1) *Cf. Thomas, Summa theol. I. II. qu.* 1, 2 *con.* 2) *Aristoteles, De coelo II,* 11: ἡ δὲ φύσις οὐδὲν ἀλόγως οὐδὲ μάτην ποιεῖ; *ed. Firmin-Didot II,* 400, 35; *cf. Thomas, Contra gentiles III,* 24 *et saepius.*
40 3) *V. supra p.* 40, *n.* 1. 4) *Thomas, Summa theol. I. qu.* 75, 6 *con; qu.* 50, 5; *cf. n.* 5. 5) *Ibidem I. qu.* 62, 2 *con.*

Augustinus in XIIII. de Trinitate[1], ad hunc ergo finem consequendum, et si homo adiuvetur divina luce gratie, maxime vero manuducitur[e] per mundi gubernatores tum per bone vite exempla, tum per cottidiana documenta, tum per correctionem[f] continuam, ex qua ratione, 5
Cf. 1. Cor. 3, 9. secundum apostolum II. ad Cor. III, mundi rectores[2] Dei adiutores et cooperatores dicuntur sicut instrumenta principalis agentis. Hinc est, quod apostolus, cum di-
Rom. 13, 1 sq. xisset: *Non est potestas nisi a Deo,* statim subdit: *que autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque qui potestati* 10 *resistit, Dei ordinationi resistit,* quia ad hoc Deus de eis huic mundo providit, ut uniuscuiusque statum prosequantur in debitum finem. Hinc rursus per Salo-
v. 15. 16. monem dicitur Proverbia VIII: *Per me reges regnant et legum conditores iusta decernunt, per me principes im-* 15 *perant et potentes decernunt iustitiam.*

Cap. XXI. Quod[a] dominium Romanorum precipue fuerit[b] a Deo provisum, et ratio ponitur[c] primo[d] ex zelo patrie.

Sed, licet principatus omnis fuerit a Deo provisus, 20 specialiter tamen Romanus, de quo beatus Augustinus in libro de Civitate Dei plures causas assignat, sed, ut nos sub compendio perstringamus, propter certa genera virtutum, quas et lex precipit evangelica, quibus veteres Romani precipue viguerunt et ex eis tamquam mercedem 25 eis[e] condignam dominium meruerunt. Primum fuit sincerus amor pro patria, secundum traditio legum sanctissima, tertium morum benivolentia. Quantum vero[f] ad primum: exempla veteranorum Romanorum habentur in promptu, quia tota eorum intentio erat in ipsorum 30 regimine sive dominio ad conservandam rem publicam et, ut eiusdem consuleretur profectibus. Unde Augustinus[3] in V. de Civitate Dei c. XII. inducens verba Salustii de bello Cateline sententiam Catonis in dicto libro contentam de virtutibus veteranorum Romanorum attollit, 35 unde et res publica divina providentia ex parva facta

e) manu tenetur *P* 2. 3. f) correpcionem *B*. *P* 2.
Cap. XXI. a) Qualiter *P* 2. 3. b) fuit *P* 2. 3. c) hic *add. P* 2. 3. d) videlicet *add. P* 2. 3. e) *om. P* 2. 3. f) *ita P* 1; ergo *B;* autem *P* 2. 3.

1) *De trinitate XIV,* 4; *Migne l. c. XLII,* 1040. 2) *Minime, ut iam monuit Grauert ('Hist. Jahrb. d. Görres-Gesellsch.' XXIX,* 520*).* 40
3) *De civitate Dei V,* 12; *Migne l. c. XLI,* 156 *sq.*

est magna, quia videlicet in ipsis fuit domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber neque delicto neque libidini obnoxius. Et, ut ad specialem descendamus, Augustinus[1] in eodem libro XIX. ponit
5 exemplum de eorum zelo patrie, quia pro eius libertate quidam proprios filios occiderunt ut Brutus et Torquatus; ille quidem, quia bella concitabat in Urbe, iste vero, quia contra edictum patris[g] bellando ipsam discrimini[h] exposuit. Item de Marco Curtio, qui se armatum equo
10 sedentem in abruptum terre hyatum precipitem dedit, ut pestilentia cessaret ab Urbe. Item de Marco Regulo, qui consulendo saluti Urbis diris se tormentis exposuit et a Cartaginensibus est occisus. Quomodo etiam pro zelo rei publice non poterant muneribus corrumpi eorum
15 consules quantumcumque pauperes, satis est manifestum, unde Maximus Valerius[2] libro IIII. scribit de Marcho Curio, quomodo Samnitum[i] divitias contempsit[k] post victoriam habitam scilicet de ipsis. Nam cum ad eum in scamno sedentem foco et catino ligneo[l] cenantem
20 magnum auri pondus eorum legati tulissent, benignis verbis invitatus, ut eo uti vellet, vultum protinus risu solvens: *Supervacue,* inquit, *narrate igitur Samnitibus*[m] *Marcum Curium male*[n] *locupletibus imperare quam locupletem fieri et mementote*[o] *me nec acie vinci nec peccunia*
25 *posse corrumpi.* Hoc[p] idem scribit de Fabritio Maximus[3] in eodem. Qui cum honore et auctoritate omnibus in etate sua maior esset, censu vero par unicuique pauperrimo, a Samnitibus[q] tamen solicitatus, quos in clientella tenebat, peccuniam et servos sibi missos contempsit
30 ac frustratos remisit, continentie sue benefitio ac zelo patrie sine peccunia predives, sine usu familie habunde comitatus, quia locupletem illum faciebat non multa possidere, sed pauca desiderare. Propter hec igitur exempla tam digna laude Romanorum consulum con-
35 cludit Augustinus[4] in eodem libro sic dicens: *Talibus,*

g) *ita B;* patrum *cett.* h) discrimen *P* 2; in discrimen *P* 1. i) Cartaginensium *P* 2. 3; *om. P* 1. k) et *add. P* 2. 3. l) ligno *P* 2. 3. m) Sapientibus *P* 2. 3. n) male locupletibus] pocius male loquentibus *P* 2. 3. o) memorate *P* 3; memorare *P* 2. p) Et hoc *P* 2. 3. q) Sapientibus *P* 1; divitibus *P* 2. 3.

40 1) *Ibidem V,* 18; *l. c.* 162—164. 2) *Valerius Maximus, Factorum et dictorum memorabilium IV,* 5; *ed. Halm p.* 180. 3) *Ibidem IV,* 6; *l. c.* 181. 4) *De civ. Dei V,* 19; *Migne l. c. XLI,* 166; *cf. Grauert l. c.* 521.

inquit, *dominandi potestas non datur nisi summi Dei providentia, quando res humanas iudicat talibus dominis esse dignas.*

Cap. XXII. Ratio[a] secunda, quare[b] Romani meruerunt dominium, videlicet ex sanctissima legum traditione. 5

Secunda ratio, unde Romani meruerunt dominium, fuit traditio legum ad conservandum unumquemque in sua iustitia, unde Augustinus[1] dicit in XVIII. de Civitate Dei c. XXII, quod Deo placuit, orbem terrarum per 10 Romanos debellare, ut in unam societatem rei publice legumque perductum longe lateque pacaret. In quinto etiam eiusdem[2] libri c. XV. et[c] XVI. dicitur, quod, quia Romani avaritie resisterant[d], consuluerunt patrie consilio suo libero necque delicto secundum suas leges 15 necque libidini obnoxii. Hiis omnibus artibus usi sunt tamquam recta via ad honores, imperium et gloriam nec habent, unde conqueri debeant de summi et veri Dei iustitia. Perceperunt enim mercedem suam, scilicet ex vigore virtutum suarum legalium dominando et im- 20 perando iustitia, ergo, quia suis legibus unumquemque regebant, fecit eos legitime dominari, quia, ut Augustinus[3] dicit in IIII. de Civitate Dei c. IIII: *Remota iustitia quid sunt ipsa*[e] *regna nisi quedam latrocinia?* Unde ipse refert quandam ystoriam ibidem, que habetur de Nugis 25 phylosophorum[4]. Cum enim quidam pyrata captus fuisset ab Alexandro et quesisset ab eo, cur mare haberet infestum, ille libera contumatia respondit: *Quid tibi ut orbem terrarum! Sed, quia id*[f] *ego exiguo navigio facio, latro vocor, tu, quia magna classe, diceris imperator.* Quanta 30 autem iustitia viguerit apud Romanos, satis apparet in *Act.* 25, 1—12. Paulo apostolo in Actibus. Cum enim Iudei postularent ipsum occidi a Festo, preside regionis, et dictus Festus vellet Iudeis placere, ut hystorie prefate dicunt, Paulo existente circa partes Cesaree et appellante ad Cesarem, 35 statim assumptus fuit et deductus Romam illesus, unde

Cap. XXII. a) Ratio — quare] Qua ratione *B.* b) qualiter *P* 1. 2. c) et XVI. *om. P* 2. 3. d) *ita codd.* e) ista *P* 2. 3. f) *om. P* 2. 3.

1) *Ibidem XVIII,* 22; *l. c.* 578. 2) *Ibidem V,* 15. 16; *l. c.* 160. 3) *Ibidem IV,* 4; *l. c.* 115. 4) *Ioannes Saresberiensis,* 40 *Policraticus III,* 14; *Opera ed. Giles III (*1848*),* 210.

dictus Festus sic fertur dixisse regi Agripe Actuum XV: *Cum essem Ierosolimis, adierunt me principes sacerdotum et seniores postulantes adversus Paulum damnationem, ad quos respondi: Quia non est consuetudo Romanis damnare* 5 *aliquem hominem, priusquam presentes habeat accusatores locumque defendendi accipiat ad crimina abluenda*[g]. *Act. 25, 15. 16.*

Cap. XXIII. Ratio tertia, quare dominium concessum est Romanis, videlicet ex[a] eorum civili benivolentia.

10 Non solum autem in eis viguit zelus patrie et solicitudo legum pro conservanda iustitia in orbe, sed et morum benivolentia in conversando[b]. Est enim secundum sapientem moralem[1] generosus animus hominis, qui magis suavitate verbi et operis ducitur, quam rigidi- 15 tate trahatur. Hoc autem proprium fuit[c] eis, ut dicit Augustinus[2] in primo de Civitate Dei c. VI: *Parcere subiectis et debellare superbos, acceptaque iniuria ignoscere quam persequi malebant*[d]. De eorum benivolentia, unde homines se eisdem quasi sponte subiecerunt, exemplum 20 habemus a Scipione, de quo scribit Maximus Valerius[3] libro IIII, quod XXIIII. agens annum, cum esset in Yspania et Cartaginem in suam potestatem redegisset, ibidem eximie venustatis virginem cepit, quam ut desponsatam cognovit et nobilem, ipsam[e] inviolatam pa- 25 rentibus reddidit et aurum, quod pro redemptione puelle traditum[f] fuerat, doti eius adiecit. Ex quo facto[g] ad amorem Romanorum hostes adduxit. Titus etiam Livius[4] loquens de predicta victoria sic dicit de Scipione, quod, quando misit obsides Romam, primum ortatus est uni- 30 versos bonum[h] habere animum[i], venisse enim eos in populi Romani potestatem, qui[k] benefitio quam metu obligare homines malunt exterasque gentes fide ac

g) *ita recte P* 2. 3; abolenda *P* 1; absolvenda *B*.

Cap. XXIII.) ex — civili] eorum *P* 2. 3. b) conservando *P* 2. 3. c) est 35 *P* 2. 3. d) eos qui maledicebant *P* 2. 3. e) et *add. P* 2; eciam *add. P* 3. f) datum *P* 2. 3. g) idem *P* 2. 3. h) bonam *P* 2. 3. i) causam *P* 2. 3. k) magis *add. B*; tam *add. P* 2. 3.

1) *Seneca, De clementia I,* 24, 2; *ed. Haase I,* 296. 2) *Augustinus l. c. I,* 6; *Migne l. c. XLI,* 18 *sq.* 3) *Factorum etc. IV,* 1; *ed.* 40 *Halm p.* 178. 4) *Titus Livius XXVI,* 49; *ed. Weissenborn-Müller III,* 171, 8.

societate vinctas[l] habere quam tristi[m] subiectas servitio. Augustinus[1] etiam in primo de Civitate Dei de Marco Marcello refert, qui Syracusam, urbem, ornatissimam[n], ceperat, qui ante illius ruinam suas illi effudit lacrimas tanteque fuit pudicitie ac[o] benigne mentis, quod, priusquam opidum iussisset invadi, edicto constituit, ne quis corpus liberum violaret. Hac autem benivolentia allectus Iudas Machabeus et Ionathas cum eisdem constituerunt amicitiam et societatem, ut scribitur in primo Machabeorum c. VIII*, ubi inter alia commendabilia de eis, unde[p] populos[q] gentesque diversas ad sui trahebant amorem, ista[r] specialiter inseruerunt[s], quod inter presides Romanos nemo portabat dyadema nec induebatur purpura, ut magnificaretur in ea, et quia curiam fecerunt et cottidie consulebant CCCXX consilium agentes semper de multitudine, ut que digna sunt gerant, et quia committunt uni homini magistratum suum per singulos annos dominari universe terre sue et omnes obediunt uni et non est invidia neque zelus inter eos.

*v. 14—16.

Cap. XXIIII. Alia ratio, unde dominium[a] competit Romanis modernis.

Sed, quamvis veteres Romani tot floruerunt preclaris virtutibus, in modernis tamen est iste color optimus immutatus, ut eis competat Catonis sententia, quam contra cives urbis sui temporis protulit. Cum enim tunc temporis, quo Catilina commotionem fecit in Urbe[b], bella agerentur civilia Cartagine diruta, que exercitio[c] bellandi medicina Romanorum erat, ut contionatus est Scipio Nassica, commendans antiquos patres Romanos pro tempore suo sic de Romanis loquitur dicens[2]: *Pro virtutibus antiquorum patrum nos habemus avaritiam[d], publice egestatem[e], privatim opulentiam, laudamus divitias, sequimur inhertiam, inter bonos et malos nullum discrimen, omnia virtutis premia ambitio possidet.* In quibus etiam conditionibus beatus Bernhardus invenit populum Romanum,

l) *ita* *P* 1; vinctos *P* 2; victos *B*; victas *P* 3. m) Christi *P* 2. 3. n) ordinatissimam *P* 2. 3. o) ab *P* 1; et *B*. p) dicitur quod *P* 2. 3. q) personas *P* 2. 3. r) item *P* 2. 3. s) iusserunt *P* 2. 3.
Cap. XXIIII. a) dominium — modernis] Romanis competit dominium *P* 2. 3. b) et *add.* *P* 2. 3. c) exercitacio *P* 2. 3. d) luxuriam *P* 2. 3. e) honestatem *P* 2. 3.

1) *Augustinus, De civitate Dei I,* 6; *Migne l. c. XLI,* 19.
2) *Ibidem V,* 12 *(ex Sallust. Catil. c. 52)*; *Migne l. c. XLI,* 157.

quem Scipio sic commendavit supra, apparet in epistola[1], quam Eugenio pape direxit: *Quid dicam,* inquit, *de populo Romano: Populus Romanus est. Nec*[f] *brevius potui, nec expressius tamen, aperire de tuis*[g] *parrochianis, quod sentio.*
5 *Quid tam notum seculis, quam protervia et fastus Romanum! Gens insueta paci, tumultui asueta, gens immitis, intractabilis usque adhuc et*[h] *subdi nescia, nisi cum non possit resistere. En plaga hec*[i] *tibi incumbit et cura, quam dissimulare non licet*[k]. Talibus igitur dicemus a Deo collatum regnum
10 sive dominium non ex merito virtutum, sed ex malitia populorum, ut Augustinus[2] dicit in IIII. de Civitate Dei c. XV, iuxta illud, quod in Iob. c. XXXIIII.* scribitur: *Qui facit regnare ypocritam propter peccata populi* et rursus in Ecclesiastico c. VIII: *Interdum dominatur*
15 *homo homini in malum suum.* Quocumque modo intelligatur sive reciproce sive transitive, accipiendo intellectum auctoritatis, potest satis congrue adaptari.

**v. 30.* — *Eccle. 8, 9.*

Cap. XXV. Reddit ad propositum, ad respondendum argumento supra posito
20 digressione finita.

Finita igitur digressione, ubi ostensum est, unde exordium[a] dominium habuit, ad maiorem declarationem dicendorum et questionis antique respondendum est argumento. Cum enim omne dominium sit a Deo, ut
25 iam[b] dictum est supra[c], ideo dominium summi pontificis non dependet ab imperatoribus, sed a Christo, qui Petro apostolo contulit et vicarius Christi vocatur. Et sic Constantinus confitetur in c. Decreti di. LXXXXVI. c. *Constantinus*[3]. Hoc autem non invenitur de imperatore
30 aliquo, quod sit vicarius Christi. De natura vero[d] vicarii ordinarii, qui per electionem constituitur, quam lex[4] ponit c. De offitio eius, qui alterius gerit vices, est, quod idem possit quod ille, cuius vices gerit; argumentum ad

f) Nec brevius] vox brevis *P* 3; vox patrum *P* 2. g) eius *P* 2. 3. h) ac
35 *P* 3; atque *P* 2. i) hec — cura] sed est corpus et anima *P* 2. 3. k) debet *P* 2. 3.
Cap. XXV. a) originem *P* 2. 3. b) supra *P* 2. 3. c) *om.* *P* 2. 3. d) vero — ordinarii] illius *P* 3; *om.* *P* 2.

1) *Quae non est epistola S. Bernardi, sed invenitur in eiusdem De consideratione IV,* 2; *Migne CLXXXII,* 773. *Cf. quae de hoc loco*
40 *in praefatione nostra supra* § 2 *exposuimus.* 2) *Augustinus l. c. IV,* 15; *Migne l. c.* 124. 3) *c.* 13. 14. *D. XCVI.* 4) *Cod. Iust. I,* 50.

hoc LXXXXIII.[e] di. c. 1[1]. Extra de offitio delegati c. *Sane*[2]. Ex hoc ergo argumento concluditur, quod, si papa est vicarius Christi, quod nullus nisi desipiens[f] contradicit, cum Christus, ut dictum est supra[g] et multis rationibus probatum[h], plenam habeat potestatem super 5 totum genus humanum, manifestum est[i] eius vicarium, scilicet summum pontificem, eandem potestatem habere. Et hoc[k] idem Constantinus confitetur cedendo, sicut ex constitutionibus[l] Nicene synodi[3] apparet, in c. Decreti di. LXXXXVI. c. *Constantinus* et c. *Coronam*[4]. Quod 10 si obicitur, quod tunc non poterat licite possidere, quia suum non erat, eo quod dicitur cessisse imperio, cum tamen dictum sit supra, quod a Deo fuerit Romanis collatum dominium, ad hoc responderi potest, quod quamvis questio maximam discussionem requirat, eo quod 15 in ipso dubia multa concurrunt ac difficilia ad declarandum, quantum tamen ad presens, quia sub compendio in hoc opere pertransimus, ex superius dictis sumatur solutio questionis. Ostensum est enim supra, unde dominium traxit originem et quare[m] a Deo permissum 20 est et provisum, sed Romanis precipue, non tamen[n] sic concessum, quod alicui deberetur tamquam iure nature, sed quantum placebat vero domino, id est Deo, cuius *r. 29. est omne dominium et imperium, unde Daniel IIII.* dicitur filio Nabuchodonosor, cui nomen Balthasar: 25 *Scias, quod sit*[o] *excelsus super regnum hominum et cuicumque voluerit det illud.* Quod et factum est de ipso, quia post paucos dies eiectus est a regno, ut ibidem habetur, et inde est, quod in mundo nullum dominium invenitur perpetuum, sed diversis temporibus sunt 30 translata. Prima enim monarchia mundi floruit apud Assirios, inchoata per Ninum filium Beli, per quem primo[p] ydola sunt inventa nomine patris sui Beli, ut Commestor[5] refert. Secunda translata est ad Medos et

e) LXXXXVI. *P* 2. 3. f) sit insipiens *P* 2. 3. g) *ita P* 1; omnia *add. B;* 35 omnia sit *add. P* 3; omnem sit *add. P* 2. h) probatur quod *P* 2. 3. i) igitur *add. P* 2. 3. k) *om. P* 2. 3. l) constitucione *P* 2. 3. m) quod *P* 2. 3. n) alicui *add. P* 2. 3. o) *ita B;* sis *P* 1; *om. P* 2; dominetur *P* 3 *cum Vulgata.* p) publice *P* 2. 3.

1) *Recte: c.* 1. *D. XCIV.* 2) *c.* 11. *X de off. et pot. iud. del. (I,* 29*).* 3) *Cf. supra p.* 20. *Auctoris erronea opinio est, sicut ex* 40 *imperatoris cessione, ita etiam ex constitutionibus concilii apparere pontificem Romanum esse summae dominationis.* 4) *c.* 13. 14. *D. XCVI.* 5) *Hist. schol. ad libr. Genesis c.* 40; *Migne l. c. CXCVIII,* 1090 *B.*

Persas tempore Darii regis, ut ex ipsa ystoria traditur Danielis. Tertia translata est ad Grecos et Egiptios, que maxime viguit tempore Alexandri. Quarta translata est ad Romanos. Deinde[q] redit ad verum dominum, 5 qui contulerat, scilicet Christum, cuius vices summus pontifex gerit. Hec autem omnia secundum expositionem sacrorum doctorum[1] per Danielem prophetam in prima sui visione fuerunt previsa et super sompnio Nabuchodonosor prenuntiata. Viderat enim statuam, cuius caput *Dan. 2,32 sqq.* 10 et collum erat de auro[r], pectus et brachia de argento, venter et femora ex ere, tibie autem ferree, pedum vero quedam pars ferrea, quedam fictilis, et abscisus est lapis sine manibus de monte et percussit statuam in pedibus et comminuit[s] eam et redacta est in favillam, que rapitur 15 vento et non est inventus locus eius. Lapis autem factus est mons magnus et implevit universam terram. In hac igitur visione illa quadruplex monarchia describitur, ut idem propheta distinguit[t] ibidem[u] licet in genere, quia in capite et collo aureo Assiriorum accipitur mo- 20 narchia propter sui nobilitatem et durationem, in pectore et brachiis argenteis monarchia Medorum et Persarum, que minor fuit quam prima, in ventre et femore ereo monarchia Grecorum, que propter sui sonoritatem et famam comparatur eri sonanti, quod maxime accidit 25 tempore Alexandri. Sed per tibias ferreas accipitur imperium Romanorum*. Sed quod pedes partim de ferro, partim de terra, que coniungi non possunt, significat[v] scissuram dominii, quod quidem accidit, quando fuerunt bella civilia inter Romanos, de quibus omnibus rationem 30 reddere ad quadripartitam historiam[2] pertinet, ubi[w] sufficienter traditur. Sed lapis sine manibus abscisus

*) *P* 2. 3 *add.:* quia sicut ferrum omnia domat metalla, *cf. ibid. v. 40.* ita et regna omnia imperium Romanorum.

q) Et sane *P* 2. 3. r) et *add. P* 2. 3. s) conterruit *P* 2. 3. t) describit 35 *P* 1—3. u) et distinguit *add. P* 1. v) significant *P* 1—3. w) et ibi *P* 2. 3.

1) *In Tholomei libro De regimine principum III,* 10 *(Coloniae* 1643, *p.* 172*) nominantur Hieronymus et Augustinus, de quibus autem Hieronymus solus hanc expositionem (Comment. in Danielem c. II; Migne l. c. XXV,* 526*) scripsit. Augustinus loquitur de illa:* 40 *De civitate Dei XX,* 23; *Migne l. c. XLI,* 695. 2) *Verisimillime opus nondum perfectum significatur, in quo idem auctor noster de diversis mundi regiminibus agere vult; cf. praef. nostr.* § 2.

fuit Christus sine virili opere natus de virgine. Hic ergo lapis totam statuam contrivit, quia omnes monarchias et omnia dominia sibi subiecit, unde in Psalmis: *Omnia subiecisti sub pedibus eius,* quod verbum apostolus refert ad Christum Hebr. II*. Hec autem dominia suo vicario dereliquit ex auctoritate ei commissa, cum dixit: *Tu es Petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam* et post pauca[x] subdit: *Et quodcumque ligaveris et solveris super terram* etc., sicut supra[1] est diffinitum. Constantinus ergo christianus factus hac consideratione motus et inspiratus in[y] dominio plenarie cessit vicario Christi, cui proprie et per se dominium competit, ut iam dictum est[2] et patet in dicto capitulo[3]. Cui licuit ante Christi notitiam dominium possidere et suis antecessoribus ex causis superius assignatis beati Augustini[4], tamquam bone fidei possessoribus, quibus conceditur rem alienam contractare et ea uti ut sua bona fide durante ut ff. De acquirendo rerum dominio[5] bone fidei et Extra de restitutione in integrum c. *Requisivit*[6] et de rebus ecclesie non alienandis c. *Ad nostram*[7].

Ps. 8, 8. — *v. 8. — Matth. 16, 18. — ibid. v. 19.

Cap. XXVI. Responsio ad quartum argumentum factum[a] de Constantino et[b] Silvestro.

Quod autem obiciebatur postea de Constantino, quod non potuit[c] conferre imperium sine consilio et assensu suorum principum[8], ad hoc est duplex responsio. Una, que iam patet per superius dicta. Iam enim probatum est, quod verus et proprius dominus orbis ac per se Christus, unde et Dominus Mt. XVII.* de thelonearii querelam proponit benigne coram discipulis sub quadam typica questione, quia ab ipso petebant didragma: *Reges, inquit, terre, a quibus accipiunt tributum vel censum, a filiis an ab alienis*[d]*?* Per hoc volens ostendere, ut Ieronimus[9] ibidem exponit et Augustinus[10] in libro de Questionibus evangelicis, quod, cum verus filius

*v. 24.

x) ea *P* 2. 3. y) in dominio] a Deo *P* 2. 3.
Cap. XXVI. a) *om. P* 2. 3. b) et Silvestro] utrum potuit conferre imperium Silvestro pape *P* 2. 3. c) poterat *P* 1; potuerit *P* 2. d) alieginis *P* 2; alienigenis *P* 3.

1) *V. p.* 47 *sq.* 2) *V. supra p.* 15 *sq.* 3) *c.* 14. *D. XCVI.* 4) *Cf. supra c. XXI, p.* 42. 5) *Dig. XLI,* 1. 6) *c.* 1. *X de in integr. rest. (I,* 41*).* 7) *c.* 11. *X de reb. eccl. non alien. (III,* 13*).* 8) *V. supra p.* 7, *n.* 1 *et praef. nostram* § 1. 9) *Hieronymus, Commentar. in evang. Matthaei III* (17, 24); *Migne l. c. XXVI,* 131 *C. D.* 10) *Augustinus, Quaest. evangel. I,* 23; *Migne l. c. XXXV,* 1327.

esset omnipotentis Dei, cuius sunt omnia regna terrena, nec censum solvere debebat tamquam filius nec sicut ille, cui proprie et per se totius orbis dominium competebat. Quod ergo imperium Constantinus Silvestro dimisit, non fuit per 5 viam collationis, sed potius per viam cessionis tamquam vicario veri et proprii domini, et hec est responsio Innocentii IIII. ad Fredericum imperatorem [1] et ex visione Danielis est manifestum supra. Secunda vero responsio potest esse brevis, quia, ut ex Gestis Constantini [2] habetur 10 et c. est Decreti di. LXXXXVI c. *Constantinus* [3], ibi expresse dicit se hoc fecisse una cum omnibus satraphis [e] et universo senatu et optimatibus ac universo populo Romano ecclesie Romane subiacenti. Et quod dicitur: Sicut electo tunc ius acquirebatur imperii in exequendo 15 facta electione, ita et nunc simili modo esse deberet, apparet non esse verum, quia diversus est hic modus et ibi, eo quod modus presens vigorem habet ex institutione ecclesie, ut ex supradictis est manifestum, antiquus autem modus solum habebat ex executione imperialis 20 ministerii, tum, quia adhuc verus dominus non apparebat, ad quem recurrendum erat pro confirmatione sicut ad suum superiorem, tum ex consuetudine usurpata per principes, tum etiam ex dissimulatione ecclesie, quorum nullus casus ius aufert summo pontifici, cum ea, que 25 sunt ecclesiastice subiectionis, per longitudinem temporis prescribi non possint, ut iura omnia sive canonica sive civilia hoc testantur [4].

Cap. XXVII. Responsio ad argumentum de Mauritio inperatore.

30 Ad illud, quod obicitur de Mauritio imperatore, dicendum est, quod non obstat talis consensus requisitus. Hic enim mos fuit ecclesie Romane, imperatoribus aliquando hunc honorem deferre, quandoque ex benefitio

e) sapientibus *P* 2. 3.

35 1) *Winkelmann, Acta imperii inedita II,* 698, 10 *sqq.* 2) *In canone citato allegantur Gesta non Constantini, sed Silvestri, cf. autem quae dicit Tholomeus in Hist. eccl. V,* 2 *(Muratori l. c. XI,* 823*):* ut Can. dicit XCVI dist. *Constantinus,* extractum de capitulariis sive gestis eiusdem imperatoris. 3) *c.* 13. 14. *D. XCVI.* 4) *Cf.* 40 c. 2. 7. *X de praescript. (II,* 26*). Ius civile autem idem non statuit; cf. Richter-Dove-Kahl, 'Lehrbuch des katholischen und evangelischen Kirchenrechts* [8] *(Leipzig'* 1886*), p.* 1374 *sq.*

collato ecclesie sicut Karolo Magno et Ottoni primo, ut supra satis est manifestum, aliquando autem incumbente necessitate propter violentiam illatam ecclesie ab aliquo principe heresi maculato, sicut tempore Constantini[1], qui Arrianus erat. Primo quidem magni doctores[a] ut Athanasius episcopus Alexandrinus et Ylarius episcopus Pictaviensis in exilium per dictum Constantinum relegati sunt[2], item Liberius papa, quia eius erroribus non prebebat assensum, sed postquam Arriane heresi consensit remoto et expulso Felice papa, qui consilio Liberii constitutus erat pro ipso, idem Liberius per eundem Constantinum non de iure, sed de facto est offitio restitutus, sicut de[b] facto extiterat spoliatus, sicut in ystoria ecclesiastica et aliis cronicis traditur[3]. Aliquando vero contigit[c] propter eandem causam, scilicet heresis, quod ecclesia in honore imperatori cessit, ut ipsum haberet favorabilem ad dictas hereses extirpandas, sicut accidit de Honorio[4] principe, cuius tempore floruit Augustinus. Tunc enim hereses inter multas, quas idem Augustinus ponit in libro de Heresibus[5], principaliter pululabant[d] videlicet[e] Maniceorum, Donatistarum et Pelagianorum. Et ideo indigebat ecclesia principe ad eas extirpandas et quia dictus Honorius multum favebat fidei — ad cuius favorem et instinctum congregata est sinodus Cartaginensis CCCXIII episcoporum[6] ad condemnandum Pelagium, cui condemnationi consensit Innocentius I, quem in condemnando requisierunt[7]

Cap. XXVII. a) et prelati *add.* *P* 2. 3. b) de — sicut *praebet* *P* 1 *solus.* c) *ita* *P* 1; contingit *cett.* d) pulularunt *P* 1; ingruebant *P* 2; vigebant *P* 3. e) videlicet — principe] et a dicto principe opem (victoriam) habuit *P* 2. 3.

1) *Id est Constantii II, cf. supra p.* 25. 2) *Martinus Oppav., Chronicon, MG. SS. XXII,* 452, 15. 3) *Ibid.; MG. l. c.* 416, 30—40; *cf. praeterea Rufinus, Hist. ecclesiast. I,* 22. *et* 27; *Migne l. c. XXI,* 495. 498. 4) *Martinus l. c.; MG. l. c.* 453, 35. 5) *Augustinus, Liber de heresibus; Migne l. c. XLII,* 21 *sqq.* 6) *In synodo Carthaginiensi XV. a.* 416, *quem Innocentius papa I. approbavit (cf. n.* 7), *LXVIII modo episcopi (Hefele, 'Conciliengeschichte' II,* 113), *in sequenti autem synodo Carthagin. a.* 418. *sub Zosimo papa habito, ubi etiam de Pelagio agebatur, secundum praefationem CCIII synodales interfuerunt. Quorum numerus per Isidorum in Chronico (Migne l. c. LXXXIII,* 1052) *in CCXIV, per Martinum in Chronico (MG. SS. XXII,* 453, 35) *in CCCXIII. mutatus est. Apparet ergo auctorem narrationem Martini de concilio posteriore solummodo agentis retulisse ad concilium illud prius, cuius acta ei nota erant.* 7) *Cf. epistol. episcoporum apud Mansi, Coll. conc. IV,* 321.

tamquam principaliorem in hoc casu, quia, quotiens ratio fidei ventilatur, semper est sedes apostolica requirenda, XXIIII. q. 1[1]. *Quotiens* —, ita ecclesia propter tantum favorem in honore cessit Honorio, ut sustineret legem 5 per eum statui de electione summi pontificis, sicut idem scribit Bonifatio pape, ut habetur di. LXXIX c. *Si duo*[2], que hodie a doctoribus[3] reprobatur iure novo et antiquo, ut scribit Gelasius papa Anastasio imperatori et habetur in Decreto di. LXXXXVI c. *Duo*[4], de quo 10 dictum est supra, qualiter imperator dependet ex pape iuditio. In eodem etiam capitulo habetur, quomodo Innocentius primus excommunicavit Archadium propter Iohannem Grisostomum, quem a sede sua Constantinopolitana repulerat — causa autem ponitur a Ricardo in 15 cronicis[5] — occasione uxoris sue Eudoxe[f], contra quam predicaverat, et tamen iste Archadius frater fuit uterinus Honorii. Scribitur et de Ambrosio in eodem capitulo[6], quod excommunicavit Theodosium seniorem, qui fuit pater Honorii et Archadii et introitum ecclesie sibi pro-20 hibuit — causa autem habetur ibidem et ex ystoria tripartita[7] — propter crudelem necem hominum Thesalonicensium, quia[g] V milia hominum ibidem fecerat occidi crudeliter, eo quod ipsi occiderant offitialem eius, vel ex dura questione, quam cum imperatore habuit ex iuri-25 bus ecclesiasticis, de quibus refertur in Decreto XXIII. q. VIII. c. *Convenior*[8, *]. Ex quibus omnibus habes, quod ecclesia Romana aliquando pro favore fidei cedebat imperatoribus in honore, sicut Honorio, sed quando non indigebat vel sibi placebat, resumebat gladium, qui sibi

30 *) *P* 1 *add.:* et de cede hominum habetur XI. qu. III. *Cum apud Thesalonicam*[9].

f) Theodore *P* 2. 3. g) *ita P* 1; quorum *B*; *om. P* 2. 3.

1) *c.* 12. *C. XXIV. qu.* 1. 2) *c.* 8. *D. LXXIX.* 3) *Cf. Gratiani praefationem ad D. XCVI.* 4) *c.* 10. *D. XCVI; v. supra* 35 *p.* 8. 5) *In codice Bernensi (v. supra p.* 25, *n.* 2*) bibl. publ.* 575 *s. XIV. leguntur haec fol.* 47'; *v. praeterea Martinus Oppav., Chronicon; MG. l. c.* 417, 50. 418, 1. 6) *V. n.* 4. 7) *Cassiodorius, Hist. tripart. VII,* 8; *Migne l. c. LXIX,* 1073; *in canone allegato (c.* 10. *D. XCVI) autem haec causa non narratur, ut iam monuit Grauert,* 40 *Hist. Jahrb. d. Görres-Ges. XXIX,* 526, *sed nihil dicitur nisi quod Theodosius:* pro culpa, quae aliis sacerdotibus non adeo gravis videbatur, excommunicatus fuit. 8) *c.* 21. *C. XXIII. qu.* 8. 9) *c.* 69. *C. XI. qu.* 3.

competebat de iure divino contra principes delinquentes. Item quandoque cedebat propter hostium inpugnationem, sicut accidit de Mauritio. Tempore enim ipsius et Pelagii pape, qui fuit predecessor Gregorii, Longobardi nimium infestabant Urbem[1] et Romanam ecclesiam, et, ut ex ystoriis Longobardorum[2] habetur, monasterium Montis Cassini invaserunt et monachos inde expulerunt, alios[h] vero trucidaverunt, insuper omnes ecclesias circa Urbem et ducatum Spoletanum et Sannitum gentemque, que nunc regio Beneventana vocatur, devastantes eorum diripiebant substantias. Quia ergo ecclesia tunc propter Longobardorum barbariem indigebat imperatore Mauritio, qui tunc imperabat, ideo eum sibi in honore et reverentia preferebat in creatione summi pontificis, quasi suum requirens assensum[3], non quod de iure deberet tamquam a suo superiore, cum supra sit ostensum contrarium ratione, auctoritate et exemplo predecessorum imperatorum. Dicta autem cessio honoris et reverentie effectum habuit, quia, ut in eadem ystoria[4] continetur, procuravit dictus Mauritius exercitum Franchorum contra Longobardos, qui et diu ad invicem pugnaverunt, tandem pugna diutina conquassati. Post creationem[5] beati Gregorii defuncto Pelagio papa, cum dictus Gregorius regine Teudelinde, que christianissima erat, uxor tamen Agilulfi, regis Longobardorum, qui adhuc gentilis et ferus barbarus ferebatur, familiarissimus esset et specialis devotus, cui librum Dyalogorum direxit[6] ad sui devotionem nutriendam et roborandam ex sanctorum exemplis ibidem contentis, utriusque meritis dictus rex fidem suscepit

h) alios — trucidaverunt *om. P* 2. 3.

1) *Paulus diaconus, Hist. Langobard. III,* 20; *MG. SS. rer. Langob.* 103, 10. 2) *Ibidem IV,* 17; *l. c.* 122, *ubi autem monasterium Casinense tempore demum Gregorii I. destructum esse traditur. Sicut auctor noster narrat Leo Ostiensis, Chron. mon. Casin. I,* 2; *MG. SS. VII,* 580 *sq.* 3) *Apud Paulum loco supra n.* 1. *citato legimus:* Pelagius Romanae ecclesiae pontifex absque iussione principis ordinatus est, eo quod Langobardi Romam per circuitum obsiderent, nec posset quisquam a Roma progredi, *ubi verba 'absque iussione' sine dubio significant: 'ohne einen Befehl', auctor noster autem non recte interpretans intellexit: 'auf Befehl' et ideo conclusit imperatorem tunc habuisse ius in electione summi pontificis, quia Langobardi:* infestabant Urbem et ecclesiam Romanam. *Ex eodem errore idem concludit Tholomeus, Hist. eccl. X,* 21; *Muratori l. c. XI,* 907. *Cf. etiam praef. nostr.* § 2. 4) *Paulus l. c. III,* 22. 29. 31; *MG. l. c.* 104. 108. 110. 5) *Ibid. III,* 24; *MG. l. c.* 105. 6) *Ibid. IV,* 5; *MG. l. c.* 117.

catolicam ac restitutis ecclesiarum bonis tota Ytalia est pacata[1], et sic patet solutio ad propositum argumentum de Mauritio, Karulo[i] et Ottone imperatoribus.

Cap. XXVIII. Responsio ad argumentum sextum, quomodo habet intelligi[a]: *Regnum meum non est de hoc mundo.*

Ad illud vero, quod in contrarium dicebatur de verbo Domini in Iohanne, dicendum est, quod, cum[b] Christus Pilato dixit: *Regnum meum non est de hoc mundo* (*Ioh.* 18. 36.) etc., non negat sue plenitudinem potestatis, cum in principio sue invasionis ad turbam Iudeorum cum Iuda ipsum querentem[c] dixisset Iesus: *Ego sum,* Io. XVIII*; (*v. 5 *sq.*) hoc solo verbo suam ostendit virtutem, unde ibidem dicitur, quod abierunt retrorsum et ceciderunt in terram. Sed, ut Augustinus[2] et Grisostomus[3] super hunc locum videntur exponere, in illis tribus clausulis[4], quas Christus respondendo tacite presidi proponit, tres hominum opiniones de ipso repellit: una parentum, secunda gentilium, tertia Iudeorum. Parentum quidem, quia audierant eum sic denuntiatum ab angelo et tot mirabilia et magnifica facta fuisse et in suo ortu et in sue vite progressu, crediderunt ipsum regem futurum, unde hoc errore decepta soror matris Iesu, mater filiorum Zebedei, muliebri audatia petivit a Christo: *Dic,* inquit, *ut sedeant hii duo filii mei unus ad dextram et alter ad sinistram tuam in regno tuo,* Mt. XX*. (*v. 21.) Sed a Domino mistice responsum est filiis, quorum[d] quadem ambitiosa sugestione fuit mota petitio: *Sedere,* inquit, *ad dextram meam vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a patre meo,* (*ibid. v.* 23.) id est[e]: 'Potestas, quam exerceo[f], et magnifica, que in me apparent, non in me vigent ex carnis propagine, quam ex vobis assumpsi, sed ex divina virtute'.

i) Romulo *P* 2. 3.

Cap. XXVIII. a) auctoritas illa *add. P* 2. 3. b) cum *praebet B solus.* c) querente *P* 1; querendo *B;* quereret *P* 2. 3. d) causa *add. P* 2. 3. e) id est] hec *P* 2. 3; hoc est *P* 1. f) ego habeo *P* 2. 3; ego *P* 1.

1) *Ibid. IV,* 8. 9; *MG. l. c.* 118 *sqq.* 2) *Augustinus, In Ioannis evangelium tractatus CXV; Migne l. c. XXXV,* 1938 *sqq.* 3) *Ioannes Chrysostomus, In Ioannem homilia LXXXIII,* 4; *Migne Patrologia graeca LIX,* 453. 4) *In quas auctor versum* 36. *c.* 18. *evang. S. Ioannis partitur.*

Et hoc per primam clausulam manifestat Dominus, cum *Ioh. 18, 36.* dicit: *Regnum meum non est de hoc mundo,* mundum vocans ipsa mundana proprii generis parentelle, ex qua *cf. Philip. 2,7.* virtutem[g] non contraxit, sed infirmitatem, quia exinanivit semetipsum formam servi accipiens, et ex qua est cruci- 5 *2. Cor. 13, 4.* fixus, sed vivit, id est[h] regnat, ex virtute Dei, Cor.[i] XIII. Unde Augustinus[1] sic exponit: *Regnum meum non est de hoc mundo,* id est: *ab Adam vitiata stirpe generatum*[k]. In secunda vero clausula retunditur error gentilium ut Pilati et Romanorum ex falsa et impia Iudeorum in- 10 formatione in ipsis generatus[l]. Diffamabant enim Christum Iudei apud presides Romanos, quod ex sua potestate et regali dominio, ad quod videbant turbam dispositam in acclamando propter mirabilia, que videbant de ipso, **v. 12.* moturus esset tyrrannidem contra ipsos, unde Io. XIX.* 15 dicitur ab ipsis Iudeis: *Si hunc dimittis, non es amicus cesaris, omnis enim, qui se regem facit, contradicit cesari.* Propter hoc subdit reprobando Iudeorum tam iniquam *Ioh. 18, 36.* suggestionem: *Si*[m] *ex hoc mundo,* inquit, *esset regnum meum, ministri utique mei decertarent, ut non traderer Iudeis,* 20 ministros vocans preter[n] discipulos[o] ipsos angelos sibi **v. 11.* ad ministerium deputatos, Mt. IIII*, unde Mt. XXVI, cum caperetur a Iudeis et unus ex discipulis ad sui defensionem vellet uti gladio materiali, prohibuit eum *Matth. 26, 52.* dicens: *Converte gladium in locum suum, omnis enim, qui* 25 *acceperit*[p] *gladium, gladio peribit,* et postea subdit: *An* *ib. v. 53.* *putas, quia non possum rogare patrem meum et exibebit mihi modo plus quam XII legiones angelorum,* per hoc volens ostendere, quod ad recuperandum dominium mundi, quod sibi, ut dictum est[2], per se ac proprie 30 convenit, sed ab aliis usurpatum possidetur, non per violentiam corporalis fortitudinis, sed per excellentiam spiritualis virtutis seu sanctitatis hoc faceret et arma **v. 4.* militie sue non carnalia, sed potentia Domini, II.[q] Cor. X*. *Ioh. 18, 36.* Optime ergo et veracissime dicit: *Regnum meum non est* 35 *de hoc mundo,* quasi dicat[r]: 'Non timeas, Pilate, quia non eo modo intendo resummere vel[s] revincere dominium mihi illegittime sublatum sicut mundus, scilicet per

g) *ita P* 1; virtute *cett.* h) id est] et *P* 2. 3. i) 1. Cor. *P* 2. 3. k) generato *P* 2. 3. l) generata *P* 2. 3. m) Sed si *P* 2. 3. n) *om. P* 2. 3. o) et *add. P* 2. 3. p) accepit *P* 2; accipit *P* 3. q) 1 *P* 2; 1 ad *P* 3. r) dicat *om. P* 1. 2. s) seu *B;* vel revincere *om. P* 2. 3. 40

1) *V. supra p.* 55, *n.* 2. 2) *V. supra c. VI, p.* 15 *sqq.*

bellum et pugnam tyrannicam, sed per humilitatem et benivolentiam et Spiritus sancti gratiam'. De quo regno et dominio admirans apostolus ad gratiarum actiones assurgit, Coll. II: *Gratias agentes Deo, qui dignos nos* *Col. 1, 12. 13.*
5 *fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum et transtulit in regnum filii dilectionis sue.* Hoc enim satis est manifestum, quod ista via per apostolos et alios sanctos imperatores, reges ac principes et eorum populi conversi sunt ad fidem et
10 facti sunt regnum [t] Christi. Isto igitur modo videtur [u] exponere Augustinus. In tertia vero clausula repellitur error discipulorum et eorum imperfectio fidei ac etiam omnium credentium Iudeorum. Ante enim passionem suam propter oppinionem populi et quia cognoscebant
15 eum virum [v] prophetam potentem in opere et sermone, *cf. Luc. 24, 19.* virtus quoque de illo exibat et sanabat omnes, crediderunt *ib. 6, 19.* ipsum regnum [w] Iudeorum restauraturum et excussurum de manibus Romanorum. Unde post mortem suam ipse quibusdam discipulis suis euntibus in Emaus sub ignota
20 specie apparens conferentibus ad invicem dicit unus ex eis: *Nos sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel,* Luc. XXIIII*. Ad id etiam inducebantur ex denun- **v. 21.* tiatione Magorum, quem tamquam regem per revelationem divinam eisdem factam ab oriente in Ierusalem adorare
25 venerunt, Mt. IIII. Sed non sic erat regnaturus, ut *cf. Matth. 2, 1 sqq.* Grisostomus [1] dicit, hic ut reges terreni, qui suum principalem finem ponunt in civili regimine, sed suum regnum ad hoc ordinaverat, ut filios Dei congregaret in unum, ut dicitur Io. XI.* et ideo proprie loquitur, cum **v. 52.*
30 postea Dominus concludit: *Nunc autem regnum meum non est hinc,* id est [x] sicut regnum terrenum, ut iam dictum est supra, quod a mundanis queritur quasi finis potissimus, ut de Romanis apparuit et philosophus in Ethicis [2] in hoc felicitatem politicam dicit consistere, ad quam
35 ceteras virtutes politicas civiles disponit. Sed Christi fideles propter hoc virtutibus intendunt et fructuosis se laboribus exponunt, ut regnum celorum consequantur, in quo vera et non falsa beatitudo consistit, quam

t) regnum Christi] Christiani *P* 2; Christi *P* 3. u) semper *add. P* 2. 3.
40 v) verum *B.* w) *ita P* 1; regem *cett.* x) non *add. P* 2. 3.

1) *V. supra p. 55, n. 3.* 2) *Aristoteles, Ethica Nicomachaea X, 7; ed. Firmin-Didot II, 124, 38 sqq.*

phylosophi[1] ponebant, quam etiam sub nomine cibi et potus propter perfectam eius satietatem[y] Dominus suis repromittit regnicolis: *Vos estis*, inquit, *qui permansistis mecum in temptationibus meis et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo.* Unde manifestum est, quod per illa verba: *Regnum meum* etc. non excludit a se et suis vicariis, summis pontificibus, temporale dominium, qui super totum hominem ad sanandum semper potestatem habuit, ut lectio evangelica testatur, sed per hec verba inter suum regnum et mundanum, ut per prefatos doctores[2] habemus[z], triplicem differentiam assignat, in quibus dictos iam tres hominum errores elidit. Una, quia suum regnum non habet iurisdictionem sive potestatem ex carnis propagine ut regnum mundi, sed ex mistico spiramine. Secunda, quia in suo regno cives ordinantur per Christi offitiales ad culmen et perfectionem virtutum, non ad exercendam tyrannidem vel ostensionis fastigium ut reges terreni. Tertia, quia non disponitur ad temporalem successionem, quod de mundano regno contingit, cuius iocunditas seu falsa felicitas multis est res pernitiosa in commodis, ut dicit Augustinus[3] in libro Confessionum. Sed suum dominium regulatur ad eternam remunerationem tamquam ad principalem et suum proprium finem sue[a] civilitatis, ubi perfecta et summa felicitas reperitur. Unde, cum ortus eius denuntiaretur ab angelo sue matri, statim subdit proprietates et conditiones nunc dictas sue dignitatis regalis: *Hic erit*, inquit, *magnus coram Domino et filius altissimi vocabitur et dabit ei dominus Deus sedem David patris eius et regnabit in domo Iacob in eternum et regni eius non erit finis.*

(Marginalia: *Luc.* 22, 28 *sqq.* — *Luc.* 1, 32 *sq.*)

Cap. XXIX. Responsio ad septimum argumentum de quibusdam electis, quibus ante confirmationem ius administrationis conceditur.

Quod vero obiciebatur de iure[4] administrationis acquisito electis propter distantiam nimiam et ita videtur,

y) quam *add.* *P* 2. 3. z) et *add.* *P* 2. 3. a) sive civitatem *P* 2. 3.

1) *V. supra p.* 57, *n.* 2. 2) *V. p.* 55, *n.* 2—4. 3) *Fortasse significatur: Augustinus, Sermo CCCLIV,* 2, 1; *Migne, Patrologia latina XXXIX,* 1564. 4) *Quod statuit Innocentius III. in c.* 44. *X de elect. (I,* 6*); cf. supra c. II, p.* 8.

quod similiter in imperatore electo conveniat[a], ad hoc est duplex solutio, videlicet, quod dicta electione sola ius administrationis non habeat. Una est, quia circha electionem imperatoris specialis est forma ex constitu-
5 tione Innocentii III. in[b] Extra de electione c. *Venerabilem*[1]. Item Innocentius IIII, licet non sit in corpore iuris, sed est quedam epistola apologetica[2] ad Fredericum imperatorem. Constitutio autem Innocentii III. per electionem factam de ipso sine alio consequente non
10 dat sibi actionem imperii de presenti, sed de futuro, ut patet[c] decretalem aspicienti predictam. Ibi enim dicitur sic: *Verum illis principibus ius et potestatem eligendi regem in imperatorem postmodum promovendum recognoscimus, ut debemus, ad quos de iure et antiqua consuetudine noscitur*
15 *pertinere.* Item ibidem infra: *In nostra recognoverunt presentia, quod ius et auctoritas examinandi personam in regem et promovendam ad imperium ad nos spectat, qui eum inungimus, consecramus et coronamus.* Ex quibus verbis bene consideratis patet, quod ex vi dicte consti-
20 tutionis per talem electionem ius imperandi electo non acquiritur, nisi promoveatur per papam et hoc sive[d] per confirmationem sive per fidelitatis susceptionem[e] et, quia circa dictam[f] electionem speciale est ius et consuetudo a tempore Gregorii V, de[g] quo fertur, quod, cum fuerit
25 de genere Ottonis tertii, dictam electionem Alamannis tradidit in posterum[h] observandam[3], ideo[i] dictum ius et consuetudinem utrumque iam praefatus Innocentius declaravit. Secunda solutio est, quia[k] dato, quod dicta electio ad commune[l] ius reducatur[m], potest dici, quod
30 illa decretalis Innocentii[4] revocata est per Gregorium X. in concilio Lugdunensi et ideo argumentum in proposito locum non habet, ut* patet ex novissima Extra de electione c. *Avaritie*[5].

*) *Pro* ut — *Avaritie scribit P* 3: ut ex novissima Extra de
35 electione c. *Avaricie* li. VI⁰.

Cap. XXIX. a) congruat *P* 2. 3. b) in — IIII. *praebet B solus, om. P* 1—3. c) per *add. B;* in *add. P* 2. 3. d) sit *P* 3; fit *P* 2. e) subiectionem *P* 2. 3. f) ipsam *P* 1; *om. P* 2. 3. g) de — quod] de Saxonia, ut dictum est supra in c. XII, qui *P* 3. h) ut patet supra in c. XIII. *add. P* 3. i) sed *P* 2; secundum *P* 3.
40 k) quod *P* 1. 2. l) idem *P* 2. 3. m) ut argumentum concludit (excludit) *add. P* 2. 3.

1) *c.* 34. *X de elect. (I, 6).* 2) *Winkelmann, Acta imperii inedita II,* 696 *sqq.* 3) *Cf. supra cc. XII. et XIII.* 4) *V. supra n.* 1. 5) *c.* 5. *in VI⁰. de elect. (I, 6). Quae decretalis autem auc-*

Cap. XXX. Utrum sola confirmatio sufficiat ad administrationem imperii.

Ad illud vero, quod supra fuit tactum [1], utrum per solam confirmationem ius acquiratur, iam ex supradictis apparet veritas questionis, quia totum dependet ex ordinatione ecclesie sive de modo eligendi sive de iure administrandi sive de quacumque re pertinente ad dignitatem imperii, cum ex multis rationibus et auctoritatibus, sicut probatum est superius, imperator sit verus minister ecclesie, quam administrationem ab ipsa recipit sub iureiurando sicut fidelis ecclesie sub titulo feudi, et inde est ratio, quod ecclesia facilius procedit ad eius depositionem quam aliorum principum, ut Innocentius scribit [a] contra Fredericum predictum [2], cui papa ensem porrigit [3], cum [b] ipsum coronat, tamquam defensori [c] et protectori [d] ecclesiastice libertatis. Quod ergo administrare sine confirmatione non possit ex decretali Innocentii [4] iam dicta et decretis sanctorum et aliis persuasionibus Sacre pagine, quasi in toto processu istius operis principaliter hoc intenditur. Sed utrum preter confirmationem aliud requiratur, hoc clarum non invenimus nisi ex consuetudine vel de facto. Consuetudinem vero Innocentius IIII. [e] alegat in supradicto loco [f], sicut in suo [g] Frederici apologetico [h] dicit, quam per universum mundum [i] transmisit: *Aliud* [5] *est,* inquit, *de* [k] *regibus aliis, qui a suis pontificibus inunguntur, a quibus pro temporalibus subiectionibus fidelitatis recipiunt iuramenta, aliud de Romano principe, qui Romano pontifici, a quo imperii honorem et dyadema consequitur, et fidelitatis et subiectionis vinculo se* [l] *astringit, sicut antiquitas tradidit et modernitas approbavit.* Item inquit Innocentius: *Aliud est de reliquis regibus, quibus pro* [m] *hereditaria successione suorum proveniunt* [n] *iura regnorum, aliud* [o] *de imperatore Romano, qui*

Cap. XXX. a) *om.* *P* 2. 3. b) et *P* 2. 3. c) defensorem *P* 2. 3. d) protectorem *P* 2; *om.* *P* 3. e) III *P* 2. 3. f) Innocencius vero IIII. *add.* *P* 2. 3. g) sua *P* 2. 3. h) apollogitica *P* 2. 3. i) orbem *P* 2. 3. k) in *P* 2. 3. l) *om.* *P* 2. 3. m) *recte:* per hereditariam successionem. n) *recte:* perveniunt. o) ac *P* 2. 3.

toris temporibus, ut ex modo allegandi apparet, non nisi in additamentis ad Librum Extra inveniebatur novellis tunc nondum separatim editis, quod demum fecit a. 1298. *Bonifatius VIII. in Libro Sexto; cf. praeterea quae in praefationis nostrae* § 1. *de hoc loco exposuimus.* 1) *Fortasse in c. III?* 2) *Winkelmann, Acta imperii inedita II,* 699, 17 *sqq.* 3) *Cf. ibid.* 698, 40. 4) *c.* 34. *X de elect. (I,* 6*).* 5) *Winkelmann l. c.* 699, 21 *sqq.*

per liberam Germanie principum electionem assumitur, in quos ius et potestas eligendi regem in imperatorem a nobis postmodum promovendum, sicut ipsi non obiciunt[p], *sed fatentur, ab apostolica sede provenit*[q], *que olim a Grecis imperium* 5 *transtulit in Germanos.* Quia[r] igitur[s] in dicta questione ius expressum non reperitur, est ad consuetudinem recurrendum, quia, ubi lex deficit, consuetudo vel ratio supplet, ut dicit c. Ysidori[t] di. I. c. *Consuetudo*[1] et Extra de sepulturis c. *De uxore*[2]. De facto autem et 10 consuetudine invenimus imperatores a CCL annis[3] citra coronatos, antequam imperii prosequantur offitium, sicut patet aspicientibus cronicas diversorum auctorum de temporibus imperatorum et summorum pontificum[4]. Hoc de Ottone invenitur secundo, qui Iohanni XI.[u] iuramen- 15 tum fidelitatis[5] fecit et per verba sui iuramenti invenitur, quod ante iuramentum fidelitatis iura imperii non prosequebatur. Ibi enim in tota sui iuris executione et in actu iurisiurandi[v] futuri temporis verba ponuntur, ut patet in Decreto LXIII. di.[w] *Tibi domino*[6]. Rursus in 20 eisdem scribitur ystoriis[7] de aliquibus regibus Alamanie, quod, quamvis in Teutonia multo tempore obtinuerint principatum, tamen, quia coronam non habuerunt imperii, in cathalogo imperatorum non ponuntur. Verbi gratia, de quodam Conrado, qui fuit circa annos Domini[x] 25 DCCCCXII.[8] et regnavit annis VII. Item de quodam Henrico, qui fuit circa annos Domini[x] DCCCCXX.[9] et regnavit annis XVIII[y]. Regnum enim[z] ab imperio sic videtur esse distinctum, ut utrique Innocentii, videlicet III. et IIII, tangunt in supradictis, ut per electionem 30 principum iam dictorum statim electo ius acquiratur in regno sine unctionis solennitate regalis[10], sed in[a] imperio

p) *recte:* abnuunt. q) *recte:* pervenit. r) Quod *P* 2. 3. s) ergo *P* 2. 3. t) in dec. *add. P* 2. 3. u) *ita B;* II. *cett.* v) imperialis *add. P* 2. 3. w) c. *add. P* 2. 3. x) *om. P* 2. 3. y) *ita B;* XXVIII. *cett.* z) vero *P* 1; autem *P* 3. 35 a) *om. P* 2. 3.

1) *c.* 5. *D. I.* 2) *c.* 7. *X de sepult. (III,* 28*).* 3) *Qui anni computandi sunt ab eo tempore, quo 'incepit electio imperatoris', i. e. circiter ab anno* 1030; *cf. supra p.* 31, *n.* 1. *et praefationem nostram* § 1. 4) *Chronicon Martini Oppaviensis his incipitur verbis:* Quoniam 40 scire tempora summorum pontificum ac imperatorum . . expedit *(MG. SS. XXII,* 397*). Auctor hoc loco praeterea adhibuit Gotifredi Viterbiensis Pantheon.* 5) *Cf. supra p.* 8, *n.* 3. 4. 6) *c.* 33. *D. LXIII.* 7) *Martinus l. c.* 464, 5. 10; *Gotifredus l. c.* 232, 10. 8) 911—918. 9) 919—936. 10) *Pontifices memorati numquam dixerunt corona-* 45 *tionem regalem non esse necessariam (de Innocentio IV. cf. Krammer,*

non nisi in spe actionis future. Patet igitur ex iam dictis, quod iuramentum fidelitatis ecclesie[b], inunctio et coronatio per papam ad imperatorem legitimum requiratur.

Cap. XXXI. Quomodo[a] preter confirmationem ad verum et legittimum imperatorem alie requiruntur sollennitates ut inunctio et coronatio, exemplis et rationibus persuaderi potest.

Amplius autem hoc[b] rationibus persuaderi potest ex figura Veteris legis, sicut iam superius est tactum, qualiter ante administrationem regiminis unctio et coronatio in regibus illius temporis precedebat et[c] precipue in illis contingit regibus, qui fuerunt per electionem assumpti, quorum figura imperiali regimini propriissime conformatur cunctis pensatis circumstantiis sive ex parte pontificalis status sive ex parte assumpti ad imperialem dignitatem sive in relatione alterutra, que omnia supra sunt[d] satis sufficienter, quantum requirit materia huius compendiosi opusculi, pertractata[e]. Rursus hec dignitas regalis et pontificalis exposcit, ut, quanto status[f] est preeminentior[g], tanto magis[h] adsit matura[i] solennitas[k] in eorum creatione. Quod quidem et[l] in rebus naturalibus provenire videmus[m], quia res create quanto pretiosiores, tanto et in sui generatione sunt tardiores, ut apparet in lapidibus pretiosis respectu cuiuscumque minere[n]. Et in generatione animalium homo, qui est creaturarum dignissima, inter omnia animalia tardius venit. Ad complementum[o] eleganter significatum est in actione primi ducis fidelium, videlicet Moysi, Exo. XVII[p]; scribitur enim ibi, quod in executione sui offitii, hoc est pugnando contra Amalech, manus eius graves erant, ad insinuandum in principibus et prelatis operis[q] sui maturitatem, quod ecclesie Romane precipue attribuitur, que alas plumbeas et pedes

Exod. 17, 12.

b) et *add.* *P* 2. 3.

Cap. XXXI. a) Quod *P* 1. 2. b) hic *P* 2. 3. c) *om.* *P* 2. 3. d) *om.* *P* 2. 3. e) sunt tractata *P* 2. 3. f) eorum *add.* *P* 2. 3. g) eminencior *P* 2. 3. h) maior *P* 2. 3. i) *ita* *P* 1; materia *P* 2. 3; *om.* *B.* k) sollempnitatis *P* 2. 3. l) et in *om.* *P* 2. 3. m) debemus *P* 2. 3. n) ita *P* 1; munere *B*; nature *P* 2. 3. o) quod *add.* *B.* *P* 2. 3. p) Ester XXIIII. *P* 2. 3. q) operis sui maturitatem] aptis sue maturitati *P* 2. 3.

'Der Reichsgedanke des staufischen Kaiserhauses' in 'Untersuchungen zur deutschen Staats- und Rechtsgesch. herausg. v. O. Gierke' XCV, 73 *sq.),* *sed hec est opinio propria auctoris, cf. praef. nostr.* § 2.

ferreos habere iusta vulgare proverbium designatur. Hiis ergo rationibus et figuris [r], consuetudine iam prescripta et approbata, legittima persuasione concludi potest, quod, nisi per summum pontificem, in cuius
5 manu sunt omnia Christi virtute, ut patet ex dictis iam supra, aliud disponatur ex [s] canone novo, electum imperatorem legittime iura imperii administrare non posse confirmatione necessaria per iuramenti fidelitatis susceptionem, unctione ulterius ac coronatione a Christi vicario
10 non [t] subsecuta [u]. Sed advertendum nobis est, quod in figura manualis gravitatis Mosayce adiunctum subiungitur non sine magna significatione seu misterio dictis presulibus [v] imitandum. Dicitur enim ibi, quod manus Moysi graves substentabantur ab Aaron et Hur, qui in
15 eius ducatu sui erant coadiutores. Unde cum Moyses ex mandato Domini ascenderet montem ad ipsum pro lege suscipienda, dixit senioribus Israel, Exo. [w] XXIIII: *Habetis Aaron et Hur vobiscum, si quid questionis natum fuerit, referte ad eos.* Per quod nobis ostenditur, quod
20 duces fidelium eo modo assignatis in predictis salutaribus consiliis ferri debent ac substentari, dux quidem ecclesiasticus [x] Aaronitis, id est cardinalibus et aliis ecclesiarum prelatis maioribus, propter quod fuerunt ab antiquo concilia instituta, dux vero civilis sive rex sive im-
25 perator fulciri debet Huritis, id est principibus et baronibus, et ideo ab eisdem [y] instituta sunt parlamenta, que ad hunc finem disponi debent, ut profectibus sui regiminis consulatur, ne, si forte consilio festinato aliquid diffiniatur incaute, per eorum successores, ut de facto
30 vidimus [1], quod cedit in sedis ridiculum, faciliter [z] revocetur. Hinc [a] per Salomonem scribitur, Prov. XIII: *Qui cuncta agunt cum consilio, reguntur sapientia,* cuius est omnia secundum sapientem ordinare [2]. Item Prov. XXXIII: *Salus erit ubi multa consilia.* De quo specialiter veteres
35 commendantur Romani, ut supra patuit, quando floruit [b]

Exod. 24, 14.

Prov. 13, 10.

ibid. 24, 6.

r) necnon *add. B;* et *add. P* 2. 3. s) *om. P* 2. 3. t) suscepta et non *add. P* 1. u) suscepta *P* 2. 3. v) presidibus *P* 2. 3. w) Exo. XXIIII. *om. P* 2. 3. x) ab *add. P* 2. 3. y) eis *P* 2 3. z) facilius *P* 1. 2. a) est quod *add. P* 2. 3. b) florebat *P* 2. 3.

40 1) *Verisimiliter auctor significat revocationem constitutionis Gregorii X. de cardinalibus pontificem electuris includendis per Ioannem XXI.* (1276—77) *promulgatam, v. praeterea praef. nostr.* § 1. 2) *Aristoteles, Metaphys. I,* 2, 3; *ed. Firmin-Didot II,* 470. *Thomas, Summa theol. I. qu.* 1. *con.*

res publica. Ille enim, cui magistratum seu consulatum pro[c] suo anno commiserant[d], ut in libro Machabeorum continetur, cottidie agebat cum senatu consilium de multitudine, ut, que digna sunt, gerant, quemadmodum adhuc hodie Romana observat[e] ecclesia, summus enim pontifex cum cardinalibus, qui locum possident senatorum, ut Constantini habetur traditione et in allegato supra frequentius capitulo[1] de eiusdem actibus declaratur*. Hec de dicta questione ad presens sufficiant. Sed[f] eidem, qui[2] hec scripsit tacito nomine, imponat nomen intentionis sinceritas[g]. Et a presumptione[h] scripture questionis scabiose et[i] a multis repulse propter scandalum zelus veritatis excuset, se semper peritorum submittens[k] iuditio, ubi vel veritati vel auctoritati dictum obviaret vel hic introductum, illam solam intendens et eiusdem fidei colla subiciens, que eterna est et falli vel obumbrari non potest, qui est benedictus in secula seculorum. Amen. Explicit[l] brevis libellus de iurisdictione imperii et auctoritate summi pontificis**.

cf. 1. Mach. 8, 15.

*) *P* 1 *add.:* ut c. *Constantinus* et aliis[3].

**) *P* 1 *add.:* qui iure potest sine nomine appellari. *In aliquibus libris scriptis (v. praefationem nostram § 3) ordinis P 3 additur:* editus a fratre Alexandro[4].

c) pro suo anno *om. P* 2. 3. d) commiserunt *P* 2. 3. e) conservat *P* 2. 3. f) *Quae sequuntur praebet etiam cod. M; cf. supra p.* 35, *l.* 37. g) veritas *P* 2. 3. h) a presumptione — veritatis *om. B.* i) et a] in *P* 2. 3. k) exponens *P* 2. 3. l) Explicit — pontificis *om. B.*

1) § 3. c. 14. *D. XCVI.* 2) *De his, quae sequuntur, cf. praef. nostram* § 1. 3) *Fortasse significatur c.* 7. *C. XVI. qu.* 1, *ubi quidem generaliter de 'cetu presbiterorum', non de cardinalibus agitur, sed cf. infra p.* 67, *n.* 4. 4) *Alexandrum de S. Elpidio* († 1325) *non esse auctorem huius libri, sed verisimillime Tholomeum Lucensem, iam supra in praefatione nostra* § 2. *satis probatum est.*

Cod. P 1 *add. in fol.* 26:

Allusio aliorum argumentorum ad premissa.

Alludunt etiam extra predicta argumenta que ad pro et contra secundum quos[a] possunt induci, videlicet
5 quod nullus potest esse imperator, qui non sit christianus et catolicus, cuius examinatio et approbatio ad Romanam immediate spectat ecclesiam et Romanum pontificem, ut XXIIII. q. 1. *Quotiens*[1] et in Auct[entico] *Iusiur[andum] quod prestatur*[2] etc., ibi *Et*[3] *comunicator*
10 et C. De summa tri[nitate] in r[ubrica] cano[nis][4] et in epistola *Victor Iustinianus*[5] circa finem, sed ante[b] quod administrabit, quam sit approbatus vel reprobatus quasi dignus vel indignus, non videtur. Sed et ratione peccati vitandi et scandali debet diligenter de meritis elec-
15 tionum[6] et personis eligentium et electi disquerere[c] et approbare vel improbare eum, cum sit saltem quoad hoc superior. Cetera de coronatione et unctione sunt ut sequella post approbationem et ut consuetudinaria solennitas potius ad bene esse quam simpliciter ad esse se-
20 cundum quosdam. Deo gratias.

a) quid *cod.* b) ante quod] *intellige:* quod antea. c) *ita cod.*

1) *c.* 12. *C. XXIV. qu.* 1. 2) *Nov. VIII. 'Iusiurandum'; Corpus iuris civilis ed. Schoell p.* 89. 3) *Ibid. p.* 90, *l.* 7. 4) *Cod. Iust.* 1, 1, 8. 5) *Ibid.* § 7. 6) *Grauert ('Hist. Jahrbuch d. Görres-Gesellschaft' XXIX,* 534*) hic auctorem additamenti electiones a.* 1314. *significare opinatur, qua de re autem dubitari potest. Cf. praefat. nostr.* § 3.

TRACTATUS ANONYMUS
DE ORIGINE AC TRANSLACIONE ET STATU ROMANI IMPERII.

Quoniam[1] ex ignorantia antiquorum gestorum, que in approbatis scripturis seu cronicis recitantur, presertim 5 de origine ac translacione et statu Romani imperii non tantum simpliciores, quin ymo et prudentes, in varios prolabuntur interdum errores — prudentes[a] omnes namque fallit plerumque ignorancia facti[2] —, sic, quia scriptum in canone[3], quod error, cui non resistitur, ap- 10 probatur, idcirco, ne errores, que de[b] predicti Romani imperii statu modernis temporibus, forsitan per antiquorum gestoruminadvertenciam, in aliquibus seminantur, serpiant more cancri vel mores auditorum, quod absit, interficiant scismatica seu scandala pariendo 15 et in ipso ortu sue radicis pestifere errores huiusmodi penitus evanescant, ut sumus splendorem veritatis ferre non valentes propter carentiam caritatis, dignum duxi de multis aliqua brevia de statu dicti Romani inperii recoligere breviter vel sentire, que supradictis cronicis 20 et gestis antiquis vidi plenius vel seriosius contineri.

Cf. 2. Tim. 2, 17.

a) prudentisi *cod.* b) que de] q̄dem *cod.*

1) *De indole huius tractatus, qui a.* 1308. *vacante imperio a Tholomeo scriptus est contra* D a n t i s A l l i g h e r i i *Monarchiae librum (ed. C. Witte) iussu, ut videtur, Clementis V. papae, conferas ea, quae* 25 *supra in praefationis nostrae* § 4. *exposuimus. Tractatum magna ex parte exscripsit (ab initio usque ad p.* 72, *l.* 24. *circiter)* L a n d u l f u s d e C o l u m n a, *De translatione imperii; ed. Schardius, De iurisdictione, autoritate et praeeminentia imperiali (Basileae* 1566*), p.* 284 *sqq.* M a r s i l i u s P a t a v i n u s *in libello suo de eadem re scripto (l. c. p.* 224 *sqq.)* 30 *praeter ipsum Landulfum et nostrum tractatum adhibuisse videtur (cf. e. gr. p.* 67, *n.* a*).* 2) *Cf. Thomas Aquinas, Summa theol. II. II. qu.* 59, 4 *ad* 1. 3) *c.* 3. *D. LXXXIII.*

Pretermissa igitur ystoria, per quam evidenter apparet, quod Romanum imperium Rome sine mutacione permansit per XXX et III imperatores et CCC[a] et LIIII annos vel V menses, conputando ab Octaviano[b] Augusto, Romanorum imperatore, iuxta ystorie veritatem usque ad tempora magni Constantini, sciendum est, quod predictus Constantinus[1] septimo anno sui imperii sedem imperialem mutavit transferens ipsam in Bizancium civitatem, que nunc Constantinopolis appellatur. Qui tunc[c] contenptus[d] dominio orientis Romam et totam Italiam ac omnia occidentalia regna cum omnibus dignitatibus inperialibus beato Silvestro, Romano tunc pontifici, eiusque successoribus libere disponendo concessit[2], et ita utile iudicavit de consilio vel assensu satrapum suorum et optimatum vel tocius senatus vel populi universi. Et[3] clericis sancte Romane ecclesie servientibus, viris reverentissimis diversi ordinis, illud culmen singularis potencie et eciam prime excellencie, glorie et honoris concessit, quo antea senatus urbis Romane amplissimus extitit decoratus. Et hoc dicit Ieronimus, quod ecclesia habet senatum, XVI. q. I. *Ecclesia*[4], et[e] ista habentur XCVI. di. *Constantinus*[5] et in cronicis, quod quidem clericos diversi ordinis beatus Silvester primo instituit seu nominavit sacrosancte Romane ecclesie cardinales[6]. Duravit autem dominium orientis in persona eiusdem Constantini vel successorum ipsius pacifice usque ad XX. annum inperatoris Eraclei, cuius tempore omnes orientales populi a Latinorum dominio unanimiter recesserunt propter ipsius Eraclei tiranicum principatum, quem post victoriam magnam de Persis habitam in ipsos Persas et alias orientales naciones crudeliter exercebat[7]. Ipsius insuper tempore ille malediccionis filius Machometus[8] suis magicis artibus multos populos avertit a fide. Mortuo vero Eracleo et ipsius imperio propter dictam causam per omnia destituto[9] quantum ad dominium orientis,

a) CCC — menses] *om. Landulfus, sed praebet Marsilius (ed. Schardius l. c. 226), c. II.* b) VIII⁰ *cod.* c) nunc *cod.* d) *scil.* contentus. e) ut *cod.*

1) *Richardus Cluniacensis, Chron.; in cod. Bernensi* 575 *(cf. supra p.* 25, *n.* 2*) fol.* 37'. 2) *c.* 14. *D. XCVI.* 3) *Cf. ibidem* § 3. 4) *c.* 7. *C. XVI. qu.* 1, *sed cf. quae supra p.* 64, *n.* 3. *monuimus.* 5) *Cf. n.* 2. 6) *Quod solummodo inveni in Tholomei Hist. eccles. V,* 5; *Muratori l. c. XI,* 825, *ubi allegatur c.* 2. *C. II. qu.* 4. 7) *Tholomeus, Hist. eccl. XII,* 2; *Muratori l. c.* 929. 8) *Ibidem XII,* 5; *l. c.* 931. 9) *Martinus Oppav., Chronicon; MG. SS. XXII,* 458, 15.

remansit imperialis sedes in Grecia apud Constantinopolim usque ad tempora Constantini V.[a] vel Leonis[1] filii sui per XXXIII imperatores, conputato magno Constantino predicto, et per quadringentos[b] LVII annos et XXI menses, conputatis viginti tribus annis de imperio Constantini, nam tanto tempore post translatam sedem de Roma in Greciam supervixit. Post hec gravis est exorta discordia[2] inter Gregorium papam III. et Leonem III. imperatorem dampnabiliter asserentem Christi vel sanctorum ymagines minime venerandas, qui error reprobabatur[c] de consilio M prelatorum et aliorum venerabilium, in quo errore sic dampnabiliter perseveravit interque de Constantinopoli Romam veniens[3] omnes Christi et sanctorum ymagines ibidem repertas [abstulit] et in Constantinopolim deferens igne cremavit. Mortuo vero dicto Leone in errore predicto successit eidem Constantinus V, magis impius patre suo[4], [de] quo scribitur: *de colubro*[d] *regulus prodivit*[e] et de patre nequicie filius iniquitatis exivit, et Constantinus V. predictus tamquam hereticus pessimus ecclesiam opprimebat. Stephanus papa II, qui tunc Romane presidebat ecclesie, ordinavit inperium de Grecis in Francos transferre vivente tunc Pipino, non autem hanc translacionem realiter perfecit, prout statim infra patebit. Omissa autem brevitatis causa ystoria, qualiter tempore Zacarie pape Pipinus predictus, Caroli Marteli filius[f], vir in rebus bellicis strenuus, religione catholicus et universa vite honestate preclarus, de maiore domus in regni Francorum excellenciam extitit sublimatus, de [quo] legitur et notatur XV. q. VI. c. *Alius*[5], revertendo itaque ad propositum de materia translacionis imperii facta de Grecis in Francos advertendum est, quod mortuo Zacaria papa predicto Stephanus II, nacione Romanus, in summum pontificem sublimatus propter gravamina, que Astulphus, Longobardorum rex, sibi et ecclesie inferebat, venit[6] in Franciam

Cf. Isai. 14, 29.

a) sexti *cod.* b) 451 anni et XI menses *Landulfus; ed. Schardius l. c. p.* 289 c) reprobabatur — venerabilium] *ita e con.;* reportabatur de consedi III prelatum et a venerabiles *cod. Cf. de hoc loco Tholomei Hist. eccl.* XIV, 1; *l. c.* 967 *B.* d) colubro] radice enim colubri *Vulgata;* calubio *cod.* e) prodit *Landulfus l. c. p.* 290; producit *cod.* f) *ita con.;* similis *cod.*

1) *Scilicet Leonis IV.* (775—780), *non Leonis III.* 2) *Martinus l. c.* 425, 40. 3) *Unde hoc haustum sit, nescio. Et in Tholomei Hist. ecclesiast.* (*XIII,* 34 *et XIV,* 1; *Muratori l. c.* 965. 967) *nihil de hoc scribitur.* 4) *Cf. Tholomeus l. c. XIV,* 16; *l. c.* 975 *C.* 5) *c.* 3. *C. XV. qu.* 6. 6) *Cf. Tholomeus l. c. XIV,* 14; *l. c.* 974 *B; Martinus l. c.* 460, 50. 461, 1. 5.

ad Pipinum pro iusticia sancti Petri recuperanda, quam ipsam spoliavit rex Longobardorum predictus, quo Pipino regem Longobardorum Astulphum bis in exercitu superante et iuribus ecclesie restitutis multisque aliis beneficiis exibitis[a] et collatis ecclesie per Pipinum, regem Francorum predictum, prefatus Stephanus papa II, considerans dicta beneficia diligenter vel inperatoris illius[b] temporis vilitatem, ordinavit[1], ut premittitur[c], translacionem Romani imperii de Grecis in Germanos seu pocius concessionem occidentalis inperii, quod erat iam suum vel in ipsam[d] per Constantinum ex toto translatum. Unde non ipse Stephanus, sed Leo II[I]. ipsum imperium transtulit seu concessit, sicut evidenter inferius apparebit. Igitur pretermissa ystoria, qualiter mortuo Stephano papa predicto, vivente adhuc Pipino [atque ipso Pipino[e]] post XVIII. annum regni sui [viam[e]] universe carnis ingresso, filium eius Karolum, qui a virtutum magnitudine dictus est Magnus[2], tribus pontificibus[f], videlicet Paulo primo, Constantino et Stephano II[I], intermediis, Adrianus I, nacione Romanus, anno Domini[3] VIICLXXI. vel ab Urbe condita millesimo VCXLII. in summum pontificem electus, propter auxilium ecclesie contra Longobardos, qui ecclesiam molestabant, per eundem magnificum Karolum Magnum inpensum instituit patricium urbis Rome vel disposicionem ecclesie concessit eidem, prout hec et alia multa in ystoriis[4] diffusius recitantur vel in canone LXIII. di. *Adrianus*[g] vel c. *In sinodo*, sciendum vero est, quod mortuo Adriano predicto et regnante Karolo Magno, ecclesie defensore, Leo II[I][5],

a) exibitum et collatum *cod.* b) alius *cod.* c) premitatur *cod.* d) *scilicet:* ecclesiam. e) *suppletum est ex Landulfo l. c.* 292. f) *ita Landulfus l. c.* 292; primo *cod.* g) q(uestio?) *add. cod.*

1) *De qua ordinatione Stephani II. nihil legitur in Determinatione compendiosa (v. supra p.* 25 *sq., de Pippino cf. p.* 30, 6*), sed scribit de illa Tholomeus, Hist. eccl. XIV,* 16. 17; *l. c.* 975. *Martinus sequens glossam Bernardi Papiensis ad c.* 34. *X de elect. (I,* 6*) 'Venerabilem' narrat Stephanum II.* ultimo anno pontificatus sui imperium in personam magnifici regis Karoli tunc in iuvenili etate constituti *transtulisse (l. c.* 426, 15*). Econtra Tholomeus l. c.* 975 *E (cf.* 989 *B) dicit temporibus Stephani II. et postea Pippinum regnasse, non Karolum, et ideo papam tunc imperium Karolo non transtulisse, sed ei post mortem Pippini patris transferendum ordinasse.* 2) *Cf. Tholomeus l. c. XIV,* 26; *l. c.* 980. 3) *Recte:* 772. 4) *Cf. supra p.* 7, *n.* 3 *et p.* 26, *n.* 2. 5) *Cf. Martinus l. c.* 427, 5. 10; *Tholomeus l. c. XV,* 1; *l. c.* 987; *in hisce partibus auctor etiam Aimoini Hist. Francorum (de qua v. supra p.* 25, *n.* 5*) usus esse videtur.*

nacione Romanus, ex patre Astulpho, in Romanum pontificem sublimatur anno Domini VII[I]CXVI[1] vel ab Urbe condita M[D]LXXV[a]. Et in letania maiori captus Rome cecatus est et lingua detruncatus, sed restitutis eidem plenarie membris, scilicet oculis et lingua, divina virtute ad predictum Karolum venit in Franciam tamquam ad precipuum[b] ecclesie protectorem, qui dictum Leonem papam, ut decuit, cum omni reverencia et honore suscepit et cum ipso Romam accedens iniuriam dicti pontificis et sancte Dei ecclesie ultus est iusticia mediante. Predictus vero Leo papa in die natalis Domini, postquam videlicet rex Karolus memoratus, vir virtuosus, terra sancta recuperata[2] per Constantinopolim Romam rediens ibique natalem diem[c] cum Leone papa sollempniter celebrasset, ipsa[d] siquidem die nativitatis Domini, cum idem Karolus gloriosus in missa ante altare beati Petri surgeret ab oracione devota, preordinatis omnibus ad tantam sollempnitatem necessariis coronam imperialem capiti eius inposuit vel a cuncto populo Romano acclamatum est: *Karolo Augusto a Domino coronato magno et pacifico inperatori vita et victoria de celo subministret[ur]*[e]. Hanc siquidem coronacionem per Leonem papam et inperialem acclamacionem per populum omnes ystorie ponunt et a predicto tempore more antiquorum principum fuit ab omnibus appellatus. De hac translacione seu concessione fit mencio Extra de electione *Venerabilem*[3]. Regnavit autem predictus Karolus Romanum imperium XIIII annis; regna quoque Francie ac Germanie rexerat ante XXXIIII annis. Duravit vero huiusmodi imperii per ecclesiam facta translacio de Grecis in Francos per VII generaciones, videlicet per VII inperatores, annis centum tribus et amplius[f], quia inperator Arnulphus[4], ultimus de generacione Karoli antedicti, effeminatus et vilis fuit et in defensione ecclesie non solum remissus vel thepidus contra Berengarium tiranum, qui tunc in

a) MDLXXII *Landulfus l. c.* 293; MDLXXI *Tholomeus l. c.* 987. b) *ita Landulfus l. c.* 293; principuum *cod.* c) Deum *cod.* d) ipsam se quidem *cod.* e) sibi ministretur *Landulfus l. c.* 294. f) VIII *add. cod.; cf. infra p.* 73, *l.* 20 *sqq.*

1) *VIIICXVIIII legendum esse suspicor, quia secundum Tholomeum l. c. hoc anno Leo III. electus est, qui re vera a.* 795. *creatus est.* 2) *Martinus l. c.* 461, 45; *Tholomeus l. c. XV,* 3. 4; *l. c.* 988. 3) *c.* 34. *X de elect. (I, 6).* 4) *De Arnulfo et filio suo Ludovico v. Martinus l. c.* 463, 40 *sqq., Tholomeus l. c. XVI,* 29; *l. c.* 1023.

Ytalia Dei ecclesiam inpugnabat, et alios, qui ipsam in multis partibus molestabant, sed ipse inter erat ipsius ecclesie persecutor, vel filio Arnulphi predicti, qui nondum imperialem benediccionem habuerat, devicto a predicto
5 Berengario generacio Karoli in inperio omnino defecit vel cepit dictus Berengarius tirannus in Ytalia dominari et ecclesia persecucionibus urgentibus vacillare, cum quia dictus tyrannus ecclesiam molestabat, tum quia ecclesie non verus pastor, sed mercenarius preherat, scilicet Io- *Cf. Ioh.* 10, 12.
10 hannes, filius Alberici, et idcirco, prout tradit Sicardus[a], Cremonensis[1] episcopus, magnus ystoriarum scriptor, cardinales tunc de communi concordia scripserunt Ottoni, duci Saxonie, qui fuit vir magne potencie, — nam in tota Saxonia dominabatur et erat vir religiosus et fide catho-
15 licus, in consilio providus, in iudicio iustus, in commisso fidelis, in rebus bellicis strenuus vel in universa morum honestate preclarus et erga sanctam Romanam ecclesiam cum omni veneracione devotus —, ut ecclesiam Dei, que procellis impellentibus vacillabat, protegeret atque eciam
20 adiuvaret. Qui Otto devocione promptissimus signo crucis se muniens magnum exercitum sedulo studio preparavit et in Ytaliam transiens cum Berengario[2] tiranno pugnavit vel ipsum tirannum occidit et tandem Iohanne, filio Alberici, papa[b] [deposito[c] factus tunc est pastor universalis
25 ecclesie Leo[3] octavus], qui mature considerans beneficium collatumecclesie per predictum Ottonem, ducem Saxonie, easdem dignitates eidem Ottoni concessit, quas Karolo contulerat Adrianus, insuper ipsum inperatorem constituit nulla precedente eleccione, que postea a XL annis fuit
30 instituta, de quo Ottone vel de iuramento fidelitatis,

a) Ricardus *cod. et Landulfus l. c.* 295; *Marsilius* c. X (*l. c.* 235): Robertus. b) pape *cod.* c) *suppletum ex Landulfo l. c.* 295.

1) *Hic auctor fontibus suis non accurate usus est. Nam, quod cardinales propter Iohannis XII. malitiam scripserunt Ottoni, non apud*
35 *Sicardum, sed apud Martinum legitur (l. c.* 465, 5*). Sicardus nihil refert nisi:* ad Ottonem regem Teutonicorum a sede apostolica legati mittuntur de tyrannide Beringarii conquerentes *(MG. SS. XXXI,* 158, 5*). Cf. etiam Tholomeus l. c. XVII,* 15. 16 *et supra Det. comp. c. XII, p.* 27. — *In tractando de Landulfi libello, qui sicut codex*
40 *noster pro 'Sicardus' scribit 'Ricardus', Riezler, 'Die literarischen Widersacher der Päpste'* (1874) *p.* 172, *n.* 1. *Ricobaldum Ferrariensem a Landulfo significatum esse censuit, qua de re iam dubitavit P. Scheffer-Boichorst, 'Gesammelte Schriften' II,* 312. 2) *Scilicet iuniore.* 3) *Cf. supra p.* 28, *n.* 1 *et Tholomei Hist. eccl. XVII,* 17; *l. c.* 1038.

quod prestitit pape, habetur LXIII di. *In sinodo*[1] et c. *Tibi domino*[2] et sic facta est translacio inperii de Gallicis in Germanos. Post hec mortuo Ottone II[I]. sine filiis Gregorius V, nacione Theutonicus de Saxonia de parentella Ottonis, prius Bruno vocatus, in summum pontificem assumitur, cuius pontificis tempore vel per ipsum pro bono statu ecclesie et populi Christiani est provide ac utiliter ordinatum, ut tante sublimitatis, videlicet inperialis, ordinacio, que non debet[ur] sanguini, sed virtuti, non per viam successionis, sed eleccionis procedat, ut VIII. q. 1. *Moyses*[3], ut eligeretur dignus et non nobilis tantum, sed dignissimo[a] inperialis dignitatis sublimitas traderetur per VII principes[4], officiales inperii, qui regem Romanum eligerent per Romanum pontificem confirmandum vel inperiali diademate coronandum, videlicet per tres prelatos, qui erant vel sunt inperatoris cancellarii, scilicet archiepiscopus Coloniensis, qui est cancellarius Ytalie, archiepiscopus Treverensis, qui est cancellarius Gallie vel archiepiscopus Maguntinus, qui est cancellarius Germanie, et IIIIor barones, scilicet marchio Brandeburgensis, dux Bavarie vel rex Boemie. Hec autem ordinacio facta anno millesimo quarto, ut Gesta Germanie[5] et cronice Martiniane vel alie magnifeste declarant. Et hec eleccio adhuc hodie perseverat et sic sane debent intelligi canones[b] notate [per] doctores[6] de actionibus Octoniani temporis et materia facte translacionis minus plene loquentes, non attendentes varietates temporum nec mutacionem status imperii debite advertentes. Ex quibus diligenter pensatis, que reperiuntur in scriptis, videlicet in cronicis Martini Poloni, Aymundi de Gestis regni Francorum vel Sicardi[c], Cremonensis episcopi, magni ystoriarum scriptoris, ac in ipsius Ger-

a) *ita Landulfus l. c.* 296; durissimo *cod.* b) canones — temporis] c. Note doctor de auctoribus Octusianis tempore *cod.* c) Ricardi *cod.*

1) *c.* 23. *D. LXIII.* 2) *c.* 33. *D. LXIII.* 3) *c.* 6. *C. VIII. qu.* 1. 4) *Cf. de institutione electorum supra Det. comp. c. XIII, p.* 29 *sqq.* 5) *Cf. de hoc opere Scheffer-Boichorst, 'Archiv' XII,* 463, *n.* 2; *de institutionis anno v. supra praef. nostram* § 1. *et Det. comp. c. XIII, p.* 31. 6) *Verisimiliter auctor significat ea, quae profert Dante in libro suo de Monarchia, ubi statum imperii eundem esse atque antiquorum Romanorum temporibus docet et in cc. X. et XI. libri III. translationes nec Constantini nec Hadriani valere dicit, de tertia translatione in Ottonem I. facta omnino tacens. Propterea auctor noster hic 'doctores de actionibus Octoniani temporis minus plene loquentes' reprehendit, contra eos 'canones notatas', scilicet c. 'In sinodo' et c. 'Tibi domino' (v. supra n.* 1. 2*) allegans.*

manie Gestis necnon in multis canonibus decretorum, patet manifeste tres fuisse translaciones inperii, primam de Constantino, qui occidentale imperium in persona beati Silvestri in Romanam ecclesiam [transtulit], secundam
5 ipsius inperii de Grecis in Francos et terciam de Francis in Germanos per ecclesiam Romanam factas ex racionibus antedictis et, quod duarum translacionum occidentalis inperii, quas Romana, ut predicitur, fecit ecclesia, in devocione eorum, a quibus, et devocio eorum, in quos
10 extitit facta translacio, rebelliones insuper et inobediencie per malos contra ecclesiam attentate fuerunt[a] causa, ex quibus omnibus potest manifeste concludi maximam inesse Romane ecclesie potestatem circa translacionem[b] occidentalis inperii, quod nunc est vel re-
15 sidet, ut premittitur, in Germanis quantum ad ius eleccionis ipsius inperatoris. Nam ex causis racionabilibus pro utili[c] facto ecclesie et tocius populi Christiani facte sunt due ultime reformaciones translacionis[d] predicte per Romanam ecclesiam, ad quam huiusmodi in-
20 perium pertinebat. Et prima facta de Grecis in Francos tantam habuit roboris firmitatem, quod per VII generaciones centum tribus annis duravit et amplius. Secunda vero de Francis in Germanos facta translacio adeo extitit valida, quod Otto primus et ipsius filius ac
25 nepos in inperio succedentes, qui erga ecclesiam devotissimi[e] extiterunt, per multos annos inperium pacifice habuerunt. Cum ergo Romana ecclesia possit pro bono statu ecclesie vel populi Christiani propter racionabiles causas transferre inperium de gente in gentem, et sic *cf. Eccli. 10, 8.*
30 facere consuevit temporibus retroactis, cautumque sit expresse in ordinacione facta per Gregorium quintum, nacione Teutonicum de generi Ottonis, inperatorem eligendum in Germania per electores fore predictos per Romanum pontificem confirmandum seu approbandum et
35 imperiali diademate coronandum, caveant ergo principes Alamanie vel maxime fideles Romane ecclesie, qui ius eleccionis huiusmodi ex sola concessione Romane ecclesie optinere noscuntur vel cuius[f] iure nituntur, asserentes[1]

a) in *add. cod.* b) ecclesie *add. cod.* c) utile *cod.* d) translaciones *cod.*
40 e) devotissime *cod.* f) *scilicet Romanae ecclesiae.*

1) *Cf. quae in fine Dantis libri III. de Monarchia leguntur:* solus *(imperatorem)* eligit Deus, solus ipse confirmat, quum superiorem non habet. Ex quo haberi potest ulterius, quod . . . electores . . . denunciatores divinae providentiae sunt habendi. *Et paulo post:*

presens occidentale inperium sic a solo Deo processisse sine ministerio Romani pontificis, quod in imperatorem electus non indiget nominacione, confirmacione, coronacione seu qualibet approbacione sacrosancte Romane ecclesie prelibate[1], que[a] de inperio, quod nunc est, vere dici non possunt, nam supposita translacione vel donacione plenissime de ipso occidentali inperio per Constantinum Magnum in ecclesiam et ecclesie facta inperium, de quo agitur et quod nunc residet in Germanis, ab ipsa sacrosancta ecclesia Romana immediate motu divino processit vel per ipsius concessionem extitit in Germanos predictos ex causa translatum tamquam id, quod erat in dominio vel in libera disposicione ecclesie predicte. In eius siquidem apposicione certam legem, formam, modum seu condicionem pro eligendis[b] inperatoribus inviolabiliter observandos tamquam in tradicione proprie rei sue ingessit. Quomodo plurimum loqui[tur] de universali principio inperii vel rerum omnium, quod est Deus, a quo cuncta procedunt, et, prout inperium erat ante translacionem predictam, de mediato vel de singulari principio inperii, quod nunc est, cuius principium sancta Romana ecclesia. Sepedictas per callidas enim asserciones huiusmodi videntur niti talia asserentes[2] Germanos vel principes Alamanie et ei[s] adherentes, maxime laycos, viros simplices et ex sua natura alios extimantes, a pia devocione, quam ad Romanam ecclesiam [habebant], inpugnantibus viriliter inpugnando [et] resistendo, quemadmodum[c] revocare et in alios errores, quod Deus advertat[d], inducere, ex quo racionabiliter posset contingere, quod devocione predicta cessante, que causa fuit translacionis inperialis dignitatis in ipsos, eosdem, Germanos pote, tanti beneficii ingratos dicta dignitate privaret Romana ecclesia et ipsam inperialem dignitatem transferret in aliam catholicam devotam nacionem, cum

a) quod *cod.* b) eligendas imperatorum *cod.* c) quoadmodum *cod.* d) *scil.* avertat.

Sic ergo patet, quod auctoritas temporalis Monarchae, sine ullo medio, in ipsum de fonte universalis auctoritatis descendit. 1) *Cf. sententiam principum electorum a.* 1338. *in Rhense promulgatam (ed. Zeumer, 'Neues Archiv' XXX,* 111*):* pro rege Romanorum electus non indiget nominatione, approbatione, confirmatione, assensu vel auctoritate sedis apostolice. *Principes electores tunc et contra nostrum tractatum sententiam suam promulgasse videntur.* 2) *Cf. supra p.* 73, *n.* 1.

de iure propter ingratitudinis[1] vicium collata possit[a] et soleat beneficia revocare, sicut ex predictis et multis exemplis in utroque iure positis clare liquet, et privilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur
5 potestate[2]. Scribitur eciam in Sacra scriptura, quod transfertur regnum de gente in gentem propter iniusticiam *cf. Eccli.* 10, 8.
et dolos et quod Deus evertit cathedras principum superborum et sedere facit mites. Pro eis studeant ergo tales *ib. v.* 17.
sic summo pontifici, domino nostro pape, patri spirituali
10 omnium et suo benefactori ac sancte matri sue et omnium catholicorum, Romane ac universali ecclesie, debitam reverenciam et obedienciam suis contempti[b] finibus et scismaticalibus vitatis erroribus exibere, quod in ipsius semper gracia perseverent et non solum temporalibus
15 ex hoc promoveantur honoribus[3], sed tandem propter hoc et alia opera virtuosa premientur et in celum sublimentur, qui nequaquam deficient [ab eo], qui[c] ipsam ecclesiam suam supra petram, id est super se ipsum, *Cf. Matth.* 16, 18.
hedificavit et firmissime stabilivit ac proprio preciosissimo
20 sanguine consecravit, qui est creator et redemptor omnium, domino Iesu Christo, qui cum patre et Spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

a) posset *cod.* b) *scil.* contenti. c) in *add. cod.*

1) *Cod. Iust.* 8, 55, 10; *c.* 10. *X de donat. (III,* 24*).* 2) *Cf.*
25 *Petri de Bosco Memoriale Philippo regi Franciae porrectum (*1308. *post Mai.* 28.*), ubi auctor tractans de imperio in regem Franciae iure electorum suspenso transferendo inter cetera dicit papam sic electoribus dicere posse:* Si vellemus, possemus ab eligendi iure vos privare et alias punire, quoniam multis modis abusi fuistis eligendi pote-
30 state. *(MG. Const. IV, nr.* 245, *p.* 209). 3) *Cf. epistolam Raymundi cardinalis ad archiepiscopum Coloniensem m. Iul.* 1308. *scriptam, ubi ad Carolum de Valesio, fratrem regis Philippi IV, in regem Romanorum eligendum invitat addens in fine:* ut nos . . . in vestris honoribus promovendis ex corde ministerium nostre sollicitudinis
35 liberaliter exponere teneamur. *MG. Const. IV, nr.* 247, *p.* 212, 5. 10. *Cf. praeterea litteras Clementis V. papae (Iun.* 19.*); l. c. nr.* 246, *p.* 211, 10.

INDEX NOMINUM.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

S.

T.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

M.

N.

O.

P.

R.

SCRIPTORES.

	ℳ	₰
Abbonis de bello Parisiaco libri III. Ed. G. H. Pertz. 1871	—	45
Adami Gesta Hammaburgensis ecclesiae pontificum. Ex recensione Lappenbergii. Ed. altera. 1876 . . .	3	—
***Alberti** de Bezanis abbatis S. Laurentii Cremonensis Cronica. Primum edidit O. Holder-Egger. 1908 . .	2	70
Annales Altahenses maiores. Ed. altera. Recognovit E. l. b. ab Oefele. 1891	1	60
Annales Bertiniani. Recensuit G. Waitz. 1883 .	2	10
Annales regni Francorum inde ab a. 742 usque ad a. 829, qui dicuntur Annales Laurissenses maiores et Einhardi. Post edit. G. H. Pertzii recognovit Fr. Kurze. 1905	2	40
Annales Fuldenses sive Annales regni Francorum. Post edit. G. H. Pertzii recognovit Fr. Kurze. 1891 . .	2	20
Annales Hildesheimenses. Ed. G. Waitz. 1878	—	75
Annales Marbacenses qui dicuntur. (Cronica Hohenburgensis cum continuatione et additamentis Neoburgensibus). Recognovit Hermannus Bloch. Accedunt Annales Alsatici breviores. Cum tabula. 1907	2	50
Annales Mettenses priores. Primum recognovit B. de Simson. Accedunt addit. Annalium Mettensium posteriorum. 1905	2	—
Annales Poloniae. Ex recens. Arndtii et Roepellii. 1866	1	20
Annales Xantenses et Annales Vedastini. Recognovit B. de Simson. 1909	1	80
Arnoldi Chron. Slavorum. Ex rec. Lappenbergii. 1868	1	80
Brunonis de bello Saxonico liber. Editio altera. Recognovit W. Wattenbach. 1880	1	50
Burchardi et Cuonradi Urspergensis Chronicon. (In Neubearbeitung)	—	—
Carmen de bello Saxonico. Ex rec. O. Holder-Egger. Acced. Conquestio Heinrici IV. imp. 1889	—	60
Chronica regia Coloniensis cum continuationibus in monasterio S. Pantaleonis scriptis aliisque historiae Coloniensis monumentis. Recensuit G. Waitz. 1880 . .	4	50
Chronicon Moguntinum. Edidit Carolus Hegel. 1885	2	—
***Chronicon** Novaliciense. Ex rec. Bethmanni. 1846	1	25
Cnutonis regis Gesta sive Encomium Emmae reginae auct. monacho S. Bertini. Ed. G. H. Pertz. 1865 .	—	60
***Codagnelli** Annales Placentini. Recognovit O. Holder-Egger. 1901	2	—
Einhardi Vita Karoli Magni. Editio quinta. Post G. H. Pertz recensuit G. Waitz. 1905	—	90
***Gesta** Federici I. imperat. in Lombardia auct. cive Mediolanensi. Recognovit O. Holder-Egger. Accedunt Gesta Federici I. in expeditione sacra. 1892 . .	1	40
Gesta abbatum Fontanellensium. Recensuit S. Loewenfeld. 1886	—	90
Gisleberti Chron. Hanoniense. Ex rec. W. Arndt. 1869	1	80
***Gotifredi** Viterbiensis Gesta Friderici I. et Heinrici VI. imper. metrice scripta. Ex editione Waitzii. 1872 .	—	45
Heinrici Chron. Lyvoniae. Ex rec. Wilh. Arndt. 1874	1	80
Helmoldi presbyteri Bozoviensis Cronica Slavorum. Edit. altera. Recognovit B. Schmeidler. Accedunt Versus de vita Vicelini et Sidonis epistola. 1909 . .	4	80
Herbordi Dialogus de vita Ottonis episcopi Babenbergensis. Ex recensione Rudolfi Köpke. 1868 . . .	1	20

	ℳ	₰
Iohannis abbatis Victoriensis Liber certarum historiarum. T. I, Libri I—III. Edidit F. Schneider. 1909	7	—
Ionae Vitae sanctorum Columbani, Vedastis, Iohannis. Recognovit Bruno Krusch. 1905	5	—
Lamperti monachi Hersfeldensis opera. Accedunt Annales Weissenburgenses. Recogn. Osw. Holder-Egger. Inest tabula. 1894	6	—
Liber de unitate ecclesiae conservanda. Recognovit W. Schwenkenbecher. 1883	2	40
***Liudprandi** episc. Cremonensis opera omnia. Editio altera. Recognovit E. Dümmler. 1877	2	70
Monumenta Erphesfurtensia saec. XII. XIII. XIV. Ed. O. Holder-Egger. 1900	9	—
Monumenta Welforum antiqua. Ed. L. Weiland. 1869	—	45
Nithardi Historiarum libri IIII. Ed. tertia. Post G. H. Pertz recogn. E. Müller. Accedit Angelberti Rhythmus de pugna Fontanetica. 1907	—	75
Ottonis episcopi Frisingensis Chronicon. (In Neubearbeitung)	—	—
Ottonis et **Rahewini** Gesta Friderici I. imp. Editio altera. Recensuit G. Waitz. 1884. (In Neubearb.) .	—	—
***Pauli** Historia Langobardorum. 1878	3	—
Reginonis abbatis Prumiensis Chronicon cum Continuatione Treverensi. Recognovit Fr. Kurze. 1890 . .	2	40
Richeri Historiarum libri IIII. Editio altera. Recognovit G. Waitz. 1877	2	70
Ruotgeri Vita Brunonis archiepiscopi Coloniensis. Ed. G. H. Pertz. 1841	—	60
***Ryccardi** de Sancto Germano notarii Chronica. Ed. G. H. Pertz. 1864	1	50
Thietmari Merseburgensis episcopi Chronicon. Post ed. Ioh. M. Lappenbergii recogn. Fr. Kurze. 1889 .	3	—
Vita Anskarii auct. Rimberto. Accedit Vita Rimberti. Recensuit G. Waitz. 1884	1	50
Vita Bennonis II. episc. Osnabrugensis auct. Norberto abbate Iburgensi. Recogn. H. Bresslau. 1902	—	50
Vitae sancti Bonifatii archiepiscopi Moguntini. Recogn. Wilhelm. Levison. 1905	5	—
Vita Heinrici IV. imperatoris. Ex recens. Wattenbachii. Ed. III. Curante W. Eberhard. 1900	—	50
Widukindi monachi Corbeiensis Rerum gestarum Saxonicarum libri III. Editio quarta. Post Georgium Waitz rec. K. A. Kehr. Accedit Libellus de origine gentis Swevorum. 1904	2	—
Wiponis Gesta Chuonradi II. ceteraque quae supersunt opera. Editio altera. Rec. H. Bresslau. 1878	—	90

FONTES IURIS GERMANICI ANTIQUI.

	ℳ	₰
***Determinatio** compendiosa de iurisdictione imperii. Edidit Marius Krammer. 1909	2	—
***Edictus** ceteraeque Langobardorum leges cum constitutionibus et pactis. Correct. recudi curavit Fr. Bluhme. 1869	1	80
Lex Ribuaria et Lex Francorum Chamavorum. Edidit Rud. Sohm. 1883	2	40
Hincmarus de ordine palatii. Ed. Vict. Krause. 1894	—	50
Leges Visigothorum antiquiores. Ed. Karol. Zeumer. 1894	6	—

Die mit * bezeichneten Bände enthalten italienische Quellen.

FRIEDRICH CULEMANN, HANNOVER.